H. 9
28,848/A/1
A x j



HIPPOCRATES II

20, STRATFORD PLACE,
LONDON. W

H. 9.
62662

HIPPOCRATIS APHORISMI,

ATQUE PRÆSAGIA

LATINE VERSA

CUM RECOGNITIONE, ET NOTIS

ANDREÆ PASTÆ

BERGOMATIS.

EDITIO ALTERA AB AUCTORE emendata, & obſervationibus quamplurimis medicis aucta.

ACCEDUNT HUIC IPSI EDITIONI Prolegomena, in quibus de Aphoriſmorum, Præſagiorumque auctore, de utrorumque ſcriptorum præſtantia, deque ſententiarum in eiſdem contentarum uſu, diſſeritur.

VALENTIÆ: Typis Salvatoris Faulì, juxta Regale Collegium Corporis Chriſti.
M. DCC. LXXIII.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

Hippocrates toto vitæ tempore, dum alia multa opera ſcriberet, ſententias, quæ occurrebant dignæ, ut in omnium ſtudioſorum ore eſſent, utpote veriſsimæ, & cum ratione, tum etiam experimento confirmatiſsimæ, in quacumque medicinæ parte eſſent, excipiebat, exceptaſque omnes in hoc opus Aphoriſmorum congeſsit: quas ego perinde memoriter diſcere diſcipulis meis ſuadeo. Nam ita nulla in parte præceptorum medicinæ erunt inopes. *Valleſius*, *comm. ſect. I. aph. Hipp.* 1.

Quemadmodum Hippocrati ſumma ſemper apud medicorum filios fuit auctoritas: ita inter opera, quæ poſteritati reliquit, Aphoriſmi maxime, aurei ſane illi, rotundi, & ab omnibus medicæ artis cultoribus memoriæ merito imprimendi, ſolent commendari. *Act. Erudit. ann.* 1684. *pag.* 429.

PRÆFATIO.

CUm ea quæ in aphoriſmos ſcribuntur, ideſt contractis brevibus, conciſiſque ſententiis enarrantur, obſcura ferme ſint, atque ambigua, nec paucis verbis explicari ſatis, dividique queant: operam dedi, ut Hippocratis aphoriſmos, atque præſagia, quæ ſemel edidi ſtrictim expoſita, paulo plenius explanata iterum pervulgarem. Secutus igitur ordinem in prima editione ſervatum ad ſingulos aphoriſmos, ſingulaque præſagia explicationem poſtulantia, notas appoſui, productiores quidem ad ea, quæ majorem in medendo uſum, atque utilitatem habent, contractiores, quæ minorem. Ideoque de ea medicinæ parte ubi diſputatur, quæ quia ad alendos ægrotantes pertinet, diætetices appellatur, cum apud nos hodie minus excolatur ſubtilius, neque ad curanda, ut Hippocrates conſueverat, febricitantium corpora, ſed ad eadem conſervanda tantummodo præſcribatur; nihil præter veteres notas, quibus ſatis ea res explicatur, addendum eſſe exiſtimavi. Neque uberiorem ibi explicationem adhibui, morbi indicantur cuique ætati, annique tempori, aeriſque familiares ſtatui; deſcriptionem morborum notis jam exſtantibus comprehenſam ſufficere poſſe ratus, ne ſcilicet, aut non neceſſariis, aut etiam commentitiis, inanibuſque ſententiis magnitudo voluminis creſceret, quæ rejicere ſola per ſe plurimos conſuevi.

Reliqua vero loca, unde aut propria morborum ſigna ſumuntur, aut auxilia petuntur morborum, aut ſigna præſangiendi futura per morbos emanant; fuſiori interpretatione conatus ſum aperire, nonnullas

emen-

emendando notas, plurimas augendo, novas etiam apponendo plurimas, conquiſitis undique, electiſque medicis præceptis, ac monitis. Quorum ſane maximam partem ex ipſius medicinæ parentis Hippocratis, ejuſque interpretum principum libris excerpſi, cætera vero ex quotidiana mea obſervatione deprompſi, longoque uſu artis. Aliquot præterea morborum hiſtorias adjunxi, perſpicua brevitate exaratas, omnique prorſus ratiocinatione remota, ut ipſa re, veritas exquiratur, naturæque mutationes pernoſcantur, ac motus.

Mihi namque quammaxime cavendum eſſe propoſui, ne phyſiologicas diſputationes in notas inveherem meas; tum quia cauſſarum inveſtigatio, quæ ex conjectura pendent perdifficili, ac lubrica, ſpem ſæpe fallit, tum quia Hippocratis inſtituto, morique conſentaneum eſſe duxi, ſi opinionum comentis, quæ dies delet, rejectis, tanti viri dogmata infinito labore, naturæque aſsidua notatione parta, ejuſdem naturæ judiciis, animadverſionibuſque explanarem, quæ nullis ſæculorum ætatibus mutantur. Quibus credibiliter ductus rationibus ajebat Cardanus in Hippocratis progn. „*Hippocratem quæro, quoniam plurimum continet* „*veritatis: oportet igitur veritatem inquirere, non* „*verborum expoſitionem.*"

Demum diligenter curavi, ut involuta quæque ſic evolverem, ſic ea quæ obſcura ſunt patefacerem, ut quid quæque dictio, ac quæque vox ſonet, vel ii facile intelligant, qui ac medicinæ ſtudium ingrediuntur, nedum qui jamdiu ingreſsi ſunt, pro quibus utriſque expoſitionem hanc meam potiſsimum edidi, adjectio multo locupletiori rerum indice, quo facilius res ipſæ, earumque ſignificationes, ac uſus, morborumque deſcriptiones, quæ non ubique exſtant, inveniri queant. IN

IN APHORISMOS, PRÆSAGIAQUE Hippocratis Prolegomena.

ANtequam ad aphoriſmorum explicationem tranſeamus, inveſtiganda ſunt quædam; primoque quærendum de aphoriſmorum, præſagiorumque auctore, deinde de horumce ſcriptorum præſtantia, poſt de modo, quo prodita in iis dogmata ſunt accipienda. Ad primum quod attinet, aphoriſmos, quo *Celſus* recitat, haud uno in loco *Hippocrati* tribuit. *Galenus* aphoriſmorum librum inter *Hippocratis* ſcripta genuina reponit. *Erotianus*, & *Svidas* in numero eorum, quæ ab *Hippocrate* exarata ſunt, eundem recipiunt: Cooque eum ipſum *Hippocrati* vindicat *Oribaſius* (a) auctoritate fretus Rufi, Lyci (b) *Pelopis*, aliorumque multorum: ait-

(a) Ignoratur, quiſnam hic auctor fuerit, qui ſub *Oribaſii* nomine aphoriſmos interpretabatur *Hippocratis*. Latinum, Chriſtianumque ſcriptorem putat fuiſſe *Fabricius*, *Bibl. Græc. vol.* 12. *pag.* 644.

(b) Hic eſt ille *Lycus* Macedo, quem non minori convicio *Galenus* afficit, quod ab *Hippocrate* nonnumquam receſſerit, quam *Theſſalum*, *Julianumque* vexet, quorum ille cum *Hippocratem*, tum antiquos impudentiſsime contempſit omnes; hic quadraginta octo libros adverſus *Hippocratis* aphoriſmos conſcripſit. Singuli porro videntur *Hippocratis* phyſiologicas diſputationes potiſsimum improbaſſe.

aitque, aphoriſmos *Hippocratis* apud Græcos, Latinoſque (a) „ex ſtudioſiſsima *Coi* opera, & „ſolicita indagine inclaruiſſe.“ Ex quo plures antiquos habuere interpretes; nam *Galenus Marinum* nominat, *Heraclidem*, *Herophilum* (b), *Bachium*, *Sabinum*, *Zeuxim*: *Oribaſius Galenum* recenſet, *Lycum*, *Domnum*, *Attalionem*, *Pelopem*. His ipſummet *Oribaſium* addere poſſumus, atque *Philotheum* (c), omiſsis recentioribus, quorum tantus eſt numerus, ut affirmare audeat *Martianus* (d) „nullum eſſe in re literaria „opus quod plures habuerit expoſitores, quam „liber aphoriſmorum.“ Quem tamen is ipſe *Mar-*

(a) *Oribaſius in præfat. comm. aph. Hipp. pag.* 3. *edit. Venet.*

(b) *Schulzius*, *Hiſt. med. period.* 2. *cap.* 3. exemplaria *Galeni* putat eſſe corrupta, *comm. VII. aph.* 64. legendumque eſſe: * *ho Eerophileios Baccheios*, * *Herophileus Bachius*, nequaquam autem: * *Eerophilos*, *ho Bakcheios*, * *Herophilus Bachius*; quod nuſquam conſtet, fuiſſe interpretem *Hipp.* apphoriſmorum *Herophilum.* Id tamen non ſine dubitatione acciperem: nam alibi nuſquam *Galenus*, quum *Bachium* nominat, *Herophilum* ei, aut *Herophileum* affigit.

(c *Theophilum* appellat *Fabricius*, *ibid. pag.* 649. medicum protoſpatharium, eundemque monachum, ac philoſophum ex antiquis codicibus. Cæterum præter *Galeni*, *Oribaſii*, *Philotheique* interpretationes, veterum interciderunt reliquæ; nec ſuperſunt, niſi quædam *Lyci* fragmenta in operibus *Galeni.*

(d) *Præfat. annot. ad lib. I. aph. Hipp.*

Martianus nonnullis aliis (a) ei ſuffragantibus, ex variis *Hippocratis* præceptis mavult eſſe conflatum, quam ab *Hippocrate* ſcriptum: *cum tanti auctoris gravitate convenire non videatur, ſeleƈtiores ſententias hinc inde colligere, quæ, ſi totum opus reſpicias, nec methodum, nec doctrinæ perfeƈtionem continent. Præter quam quod manifeſte apparet, quam plures ſententias ex aliis Hippoc. libris in præſens opus translatus, longe perfeƈtiores in proprio fonte reperiri; nec paucaſque eſſe, quæ aphoriſtice deſcriptæ mendacio non carent, quæ juxta proprii loci deſcriptionem indubitatam veritatem continent.* Hæc ille.

At non probat, aphoriſmorum librum ex ſententiis hinc inde deſcriptis fuiſſe confectum. Æque enim quis dixerit, aphoriſmos ex aphor. libris fuiſſe tranſlatos in reliquos libros. Nec video, cur *Hippocratis* gravitati adverſetur, ſe dog-

(a) Nec enim, *inquit Voſsius de philoſ. pag.* 83. à vero abludit eorum opinio, quæ ab alio ex variis *Hippocratis* operibus bono judicio excerptos *aphoriſmos* arbitratur. *Hæc quoque de iis habet Schelhammerus, Introduct. in art. med. Conringii cap.* 3. *pag.* 121. „Rectius ſe habent“ *intellige, quam cætera pathologica Hippocratis* „aphoriſmi, in quibus plurima incomparabili *Hippocratis* ingenio digna continentur: quamvis etiam de „his, an ab *Hippocrate* eo, quo nunc extant, ordine „ſint editi; & non potius poſt ipſius obitum ab alio „collecti, merito poſsit dubitari.“

dogmata, quæ ſparſim ſcripſerat, in unum opus, quo facilius perdiſcerentur, contuliſſe. Quod ipſum ſcimus à viris præſtantiſsimis non ſine laude, atque utilitate factum. Quod ſi præpoſteram ſententiarum diſpoſitionem *Hippocratis* famæ nocere poſſe arbitretur; nullus eorum, qui ei inſcribitur, non nocebit liber. Quotus enim quiſque eſt reliquus, qui plane hoc vitio careat? Neque doctrinæ imperfectio, quam urget, quemquam movere debet. Etenim cum aphoriſtice ea tradatur, id eſt anguſtis, conciſiſque ſententiis enuncietur, ſic eſt in ſuo genere abſoluta, atque perfecta, ut non ſit, quod amplius quæratur. Ad hæc emendationes, quas ipſe è propriis, ut ait, fontibus petit, exiguæ porro, minimæque ſunt, inque tanto perſpicuarum ſententiarum numero adeo paucæ, ut nullæ eſſe videantur. Poſtremo cum, non *perpaucas ſententias mendacio non carere*, affirmaverit, videtur potius glorioſa, quam vera locutus. Nuſquam enim quod dicit probat: ac ne *Galenum* quidem, quem ſæpe carpit, jure ſemper, meritoque carpit.

Cæterum ſiqua falſa in aphoriſmis occurrunt, ſi inania, ſi obſcuriora, ſi præpoſtere diſtributa, ſi bis ſcripta, ſi pugnantia, qualia vel in reliquis *Hippocratis* ſcriptis offendimus,

non

non eſt cur miremur (a); „ cum poſt tot ama-
„ nuenſium (quorum multi, ſive in tranſmutan-
„ dis literis, vel voculis omittendis, vel in
„ quibuſdam marginalibus in textum admitten-
„ dis, culpa non vacant) manus ad nos de-
„ mum pervenerint;" cumque potiſsimum inventi ſint, qui auſi ſunt (b) complura in vetuſtiſsimis ſcripturis immutare, iiſque (c) non pauca de ſuo addere; quorum nonnulla *Galenus* ex ſe rejicere conatus eſt, nonnulla quoque ex probatiſsimorum interpretum auctoritate, qui quæcumque ab *Hippocratis* mente, & elocutionis modo deficerent, optime callebant.

¶¶ Tan-

(a) Auctor præfat. ad edit. græc. lat. aph. *Hippocr.* Caesbekian. Lugud. Bat. Videndus quoque *Le Clerc. in Hiſtoir. de la Medic. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 30. *p. m.* 231.

(b) *Dioſcorides*, & *Artemidorus Capito* Alexandrini, cum *Hadriano* imperante *Hippocratis* ſcripta edidiſſent, complura, quæ minus intelligerent, immutarunt, auctore *Galeno*, *op. claſſ.* 7. *pag.* 197. Græci licet fuerint, aut ibi degerint, ubi græco ſermone loquerentur.

(c) Vid. *Galenus comm. V. aph.* 62. Id debuerat animadvertiſſe *Capuanus*, aut ſaltem meminiſſe, dixiſſe ſe, *Sermone* 4. *pag. m.* 108. ſcriptorum Hippocratis partim eſſe deperdita, partim defectuoſa, & mutilata, partim adulterina, atque interjecta, vel à diſcipulis, vel à quibuſvis aliis: quorum oblitus, ut maledico dente inſectetur *Hippocratem*, ejuſdem aphoriſmos invadit, germanos eſſe ratus, integros, incorruptoſque omnes.

Tanta porro eſt aphoriſmorum præſtantia, atque utilitas, ut niſi credere velimus, aphoriſmorum librum, ut * *Hyperbolikoos* * *Svidas* ſcripſit *humani vim ingenii ſuperare*; ratas tamen firmaſque laudes habere debeamus, quas *Martianus* iis tribuit, inquiens: *inter omnes libros, qui Hippocratis* nomine *inſcribuntur, præſens opus aphoriſmorum omnium conſenſu principatum tenet. In eo enim præclariores ſententiæ comprehenduntur, quæ per univerſam Aſclepiadum doctrinam diſſeminatæ, eam illuſtrant, & exornant, in unum redactæ, hoc opus numquam ſatis admirandum conſtituunt.* Et ſane quid præclarius *Hippocrates* obſervatione diuturna notaverat, quidquid (a) ſparſim ſcripſerat, quidquid à præceptoribus traditum (b), atque à ma-

(a) Vid. *Galen. de criſib.* I. *cap.* 6.

(b) Præceptores habuit *Hippocrates* parentem, nomine *Heraclidem*, *Gorgiam* rethorem, *Herodicum* medicum *Gorgiæ* fratrem; qui jam inventam non invenit gymnaſticam; ſed modum curandi morbos gymnaſtice, *Plato de rep.* & *Democritum*, ſi fides *Tzetzæ, chiliad.* 7. *hiſt.* 155. Sed nihil minus ſapiunt *Hippocratis* ſcripta, nedum aphoriſmorum liber; quam *Democriteam* philoſophiam, *Herodicique* medicinam, ſi tres *de diæta* libros exceperis, ſcriptumque *de inſomniis*, quæ ſcite *Clericus l. c. cap.* 13. *Herodico* tribuit. Quin *Herodici* methodus 6. *epid. ſect.* 3. vehementer damnatur. In cauſsis morborum eruendis *Hippocrates* ſequitur *Heracliti* dogma de igneo principio, ſi quidem id ipſum poſuerit *Heraclitus*; ut

majoribus (a) acceptum, reſpondere didicerat, in (b) unum librum contraxit, quem *Soranus* par-

---

ut ſcribit *Laertius de philoſ. vit. lib.* 9. *p. m.* 306. & non aërem, ut quidam rebantur, notante *S. Empirico adv. mat. pag. m.* 304. Fortaſſe quoque primarum qualitatum doctrinam ab *Alcmæone* ſumpſit *Hippocrates*, de quibus *Plutarchus de nat. lib.* 5. *cap.* 30. In morbis vero curandis, ita Pythagoricos *Hippocrates* ſequitur, ut, niſi dixeris cum. *R. Abr. in cabal. hiſtor. apud Genebrard. Hippocratem*, repugnante ratione temporum, *Pythagoræ* fuiſſe diſcipulum; ſectatorem certe negare nequiveris, quod ex diætetica ejuſdem curandi ratione liquet, dierumque doctrina criticorum exculta.

(a) Hos inter erat *Hippocrates Gnoſsidici* filius, avus *Hippocratis* noſtri, cui *de fracturis* tribuitur liber; proavus *Gnoſsidicus* medicus, *epiſt. Hipp. ad Philopœm.* abauus nomine *Nebrus* itidem medicus, *orat. Theſſal. ad Athonienſ.* aliique cum ejuſdem *Nebridi* generis, tum alius *Æſculapici.* Neque enim quis recte ſenſerit, ſi, *Plinio*, *lib.* 29. *cap.* 1. *Iſidoroque*, *Orig. lib.* 4. *cap.* 3. à bello Trojano ad Peloponneſiacum, medicinam latuiſſe opinantibus, cenſeat nullos tum temporis extitiſſe medicos: nam & extitiſſe medicos ex *Cyropæd. Xenoph. lib.* 8. & plura medicorum ſcripta ex ejuſd. *De fac. & dic. Socrat. lib.* 4. conſtat; ſed claros non fuiſſe ex *Celſo* liquet, *Præfat. lib. I.* omneſque obſcuravit *Hippocrates*, ut *Homerus* poetas *Sexti* judicio *Empirici l. c. pag.* 35.

(b) *Stupanus* putat, *Hippocratem* in aphoriſmos contuliſſe è templo *Æſculapii* remedia: crematoque jam templo, clinicem inſtituiſſe *Varro* credidit apud *Plinium. Strabo* cremati templi non meminit, ſed ex deſcriptis ibi curationibus ea *Hippocratem* agitaſſe, ait, dicit, quæ ad victus rationem pertinent: * *phaſi de Hippocraten maliſta ek toon hanakeimenoon therapeioon Entautha gymnaſthai*

partes diviſit (a) in tres, Rufus in quattuor, *Galenus* in ſeptem: quarum quintam partem bifariam diſtribuit *Oribaſius*, ut ſextum librum muliebria conſtituant: inque eo duos interjecit aphoriſmos prorſus vanos, abſurdoſque, qui in cæteris exemplaribus non leguntur impreſsis.

Germana porro *Coi* effata, ſeptem hiſce libris comprehenſa, egregia quidem ſunt omnia, ſed alia aliis præſtantiora. Miranda plane ſunt præcepta (b) de victu ægrotantium, quæ prima aphoriſmorum ſectione traduntur. Ea quippe natura dictaſſe videtur *Hippocrati*: nam cibi faſtidium, quod ferme morbum comitatur vigentem, naturam cibum averſari, ægriuſque co-

---

ſthai ta peri tas diæitas. * Lib. 14. pag. m. 755. *Tzetzes* ſcribit *Hippocratem* bibliothecam cremaſſe *Coorum*; *Gnidiorum Andreas* apud *Soranum*. Ex quo *Capuanus* nedum plagiarium *Hippocratem*, ſed & indoctum appellat. At diſsipatur calumnia ex accuſatorum inconſtantia. Veriſimileque non eſt, pro ſuis venditaſſe curationes *Hippocratem* in templi parietibus inſcriptas, depictaſque in tabulis, adeoque in oculis omnium poſitas. Multo minus ſe, ſeu templum, ſeu bibliothecam combuſsiſſe: nam *quis credet*, ait *Schulzius l. c. pag.* 210. *tanti criminis reo cives ſuos anniverſarium ſacrum celebraſſe, quod ad ſuam uſque ætatem factum fuiſſe apud Soranum legimus*?

(a) Vid. *Oribaſii præfat. ad Hipp. aph.*

(b) Mirum eſt præcepta iſthæc de victu aliquantulum laudaſſe *Capuanum*, qui *Hippocratem* petulantiſsime deſpicit, contemnit, irridetque ingenioſus quidem, at elatus homo, captioſuſque, atque audax.

coqui, ac digeri, ea quæ ingeſta ſunt, indicat; perturbataque nos docet natura victum per id temporis eſſe ſubtrahendum; incipiente vero morbo, aut jam inclinato, quibus temporibus minor eſſe ſolet cibi averſatio, majorque robur ventriculi, exhibendum eſſe paulo pleniorem. Plurimi quoque facienda ſunt dogmata, quæ de purgatione ad acutos morbos adhibenda produntur. Hæc namque, cum purgationem, niſi materia turgeat, diſſuadeant, materiamque ut plurimum non turgere declarent, una præcipiunt, ut plurimum à purgatione nobis eſſe cavendum. Quod ſi hujuſcemodi præceptis addideris, nuſquam *Hippocratem*, ubi de acutis, peracutiſque agit morbis, ſanguinis detractionem nominaſſe; victus vero rationem ſæpe, fuſiuſque fuiſſe perſecutum (nam, & * *therapeiai*, * *curationes* victum ſignificant, auctore *Oribaſio*, I. *aphor.* 6. facile intelliges eundem *Hippocratem* (a) vetuſtiorum *Ægyptiorum*

(a) Horum medicinam oſtendit *Iſocrates* in laude *Buſiridis*. Scribit enim, Sacerdotes multis vitæ commoditatibus fruentes, inveniſſe medicinam, ſalutarem quidem, quæ in victus ratione conſiſtit, non ancipitem, quæ periculoſis pharmacis curat: ex quo & ſaluberrime, & diutiſſime eos ait vivere. * *Metha hoon bioteuontes tois men ſoomaſin biatrikeen exeuron epikourian hou diakinduneuomenois pharmakois chroomeneen, alla toioutois, à teen men aſphaleian echei omoiam tee trophee tee catha eeme-*

rum (a) *Pythagoreorumque* fere inſtitiſſe veſtigiis, quibus præcipuum erat diæta ad morbos remedium. Quæ ſane medendi methodus, qua natura, nec importuno victu oneratur, nec medicamentis à coctione, ſubindeque etiam avocatur à criſi, non modo ejuſmodi criſes efficere poterat, ut adjutricem medici manuum vix umquam expoſcerent, ſed etiam (b) certio-

---

ecmeran, tas de oopheleias teelicautas, hooſte ekeinous omoologoumenoos hygieinotatous, cai macrobiootatous einai. *

(a) *Jamblicus*, *de vita Pythagor. cap.* 29. de *Pythagoreis* locutus ait, eos maxime excoluiſſe partem diæteticam, pharmacis minus, & vix alibi quam in vulneribus, ulceribuſque curandis uſos fuiſſe, unguentis, & cataplaſmatibus, magis quam reliquos, curaſſe. Hanc eandem *Indorum* eſſe medicinam, *Strabo* refert, *lib.* 15. *pag. m.* 818. his verbis: * *teen de iatreian dia ſiteioon to pleon, ou dia pharmacoon epiteleiſthai. Toon pharmacoon de maliſta eudokimein ta epichriſta, kai ta cataplaſmata. Talla de cacourgias poly metekein.* * Id eſt, *artem eorum medendi in victus ratione eſſe poſitam, nequaquam autem in medicamentis, præter inunctiones, & cataplaſmata: cætera quippe maleficio non vacant.*

(b) Obſervatio criſium, dierumque criticorum cur non æque nobis, atque antiquis reſpondeat, cauſſam affert *Schulzius*, in climatum diverſitate poſitam, diverſo victus genere, diverſaque medendi methodo. Etenim *Hippocratis* ævo, *idem inquit*, *pag.* 250. „vix niſi diætetica adhibebantur; ſicque natura ſibi magis ſub tali „medico, quam apud nos relinquebatur, qui in acutis „pharmacis præcipue pugnamus, alexipharmacis ſanguinem incendimus, ſanguinis miſsione ſæpe etiam „non

tiorem reddere dierum (a) criticorum doctrinam, quam à Pythagora acceptam experimentis firmavit *Hippocrates*, nec repudiavit *Galenus*, licet ab ejuſdem medicina deflexerit (b).
Ex

„ non parum turbamus: prorſus ut miraculo proximum „ videri debeat, ſi nobis non eadem agitantibus eadem „ evenirent.“ Iteratas ſanguinis detractiones accuſat *Clericus l. c. pag.* 205. *Schelhammerus* regiones noſtras Græcia frigidiores. At Scythia longe frigidior, quam Germania, quam Anglia erat: attamen ſcimus, non in ea minus, quam in Lybia, vera fuiſſe obſervata *Hippocratis, præn. lib. III. n.* 41.

(a) *Aſclepiadem* dierum criticorum doctrinam repudiaſſe ait *Celſus lib.* 3. *cap.* 4. *Cæliuſque acut. lib.* 1. *cap.* 14. *Celſus* ipſe omnem dierum delectum, diſcrimenque ſuſtulit. Quod cum facit, non tam effectum dierum perſequitur, quam effectus cauſſam à *Pythagoricis* numeris ductam. Nos vero non vim ullam, myſteriumque numerorum agnoſcimus, ſed naturam miramur, quæ alio dierum numero ſalutares fere edit motus, alio autem infidos, exitioſoſque. Id ipſum deprehendiſſe *Archigenem, Heraclidem Tarentinum, Philotimum, Dioclem,* alioſque experientiſsimos viros teſtatur *Galenus, de dieb: decret. cap.* 2.

(b) Hujus rei certiores nos faciunt germani *epidemiorum libri primus, tertiuſque*; in quibus cum plures acuti morbi deſcribantur, nec ſanguinem, niſi ſemel Anaxioni miſſum fuiſſe legamus, tamen longe ſæpius eundem in iis detractum fuiſſe, arbitratur *Galenus*, ut ne videretur ipſe, qui phlebothomiæ indulgebat, à tanti viri fama uſuque diſceſsiſſe. Verum ſi *Hippocrates*, ne minima quidem remedia ſilet adhibita, qui ſanguinis detractionem, ſi plus ſemel uſurpaſſet, reticere potuerit? vide plura apud *Le Clerc. pag.* 204. *ed. Amſtel.* 1723. Sola diæta
uſum

Ex quo ſatis *Naldium* mirari non queo medicum cubicularium *Alexandri VII.* Pontificis maximi, qui ob minus cognitam, comprehenſamque methodum medendi Hippocraticam, in eam miſerabiliter opinionem delapſus eſt, ut putaret, aphoriſmos, *Hippocratem* non ad medicos ſcripſiſſe erudiendos, ſed ad eos inſtruendos, qui interea dum medici abeſſent ab ægrotante, eidem, ii operam ſtudiumque navarent.

Itaque & ſe tenuit *Hippocrates*, quin naturæ motus, quorum vim magnam (a) in morbis

---

uſum *Hippocratem* ad morbos curandos *Schelhammerus* ait fuiſſe, *Introd. Corint. c.* 6. *pag.* 231. quem quidem hic idem improbat eidem accedente *Barkero*, *eſſai ſur la conform. de la medec. chap.* 1. *pag.* 56. *Hippocratis* ævo, vix niſi diætetica fuiſſe tentata ad morbos percurandos, ſupra affirmantem attulimus *Schulzium. Clericus* ait, princeps, & ſæpe unicum fuiſſe, diætam *Hippocrati* ad morbos remedium, *pag.* 190. *&* 206. *cit. edit.* diſcrimenque inter *Hippocratis*, *Galenique* medicinam ſtatuit, *pag.* 660.

(a) *Folius apud Bartholin. cent. I. epiſt.* 61. *Genga in præfat. ad anat. chirurg. & Barkær. l. c. pag.* 55. *ſeqq.* inſimulare non verentur *Hippocratem*, quod cum duo, & quadraginta curaſſet ægrotos, ſeptendecim tantummodo ſervaſſet, ut videre eſt *in* I. *&* III. *epid. lib.* Quid? nonne pauciores etiam liberaſſe potuerat aut ducta medicamentis aluo, aut vena ſecta? Nonne aliquando febres incidunt peſsimæ, quæ omnem dexteritatem eludunt artificum? Nonne præteritis annis, vix ulli ſanabantur pleuritici, quibuſdamque in locis ne unus quidem è multis, ſervatis licet *Trilleri* monitis? Sed ingenuus ille vir non re-

bis curandis pernoverat, prohiberet, & ejuſdem conatuum, mutationumque ſpectator venatorque diligens internoſcendorum morborum notas, ſignaque è ſputis, ſudoribus, urinis, dejectionibus, multiſque ex aliis tradidit, quibus pernicioſa ſecerni à ſalutaribus poſſent. Longe vero cæteris excellunt ejuſdem præſagiendi præcepta, quippe quæ vel ab iis (a) optima judicata ſunt, qui *Hippocratica* curandi monita inſtitutaque mutarunt. Atque ea quidem hic loci ſtrictim, ſummatimque traduntur, articulatim vero, diſtincteque in libro præſagiorum: qui cum cæteris ſcriptis, qui *Hippocratis* nomine inſcribuntur, ordine, & gravitate plurimum præſtet, nemo eſt, inquit *Mercurialis lib. progn. pag.* 85. „qui *Hippocra-* „*tis* eſſe neget: immo vero, ſi quid eſt, in „quo ipſum admirari oporteat, plane hæc „pars eſt, quam omnes veteres medicos, & „maxime coluiſſe, atque in ea excelluiſſe con- „ſtat.“ Hunc porro librum partes in tres diviſit *Galenus*; in quorum ſingulis ex certis ſignis multorum morborum, qui acuti nominantur, natura deſcribitur, & longe plurima

¶¶¶ præ-

---

reticuit, quos reſtituere nequivit. Noſtri ſæpe glorioſos caſus prædicant, infelices ſilent, dubiaque remedia pro certis, exploratiſque venditant.

(a) *Celſus*, lib. 2. præfat. pag. 41.

præcepta dantur ſalutarem, mortiferumque reliquorum exitum, brevemque, & longum, facilem, difficilemque prænoſcendi.

Atque utinam *Cous* ſigna ex pulſu addidiſſet, quibus futura prænunciare poſſemus. Sed nobis ea reticuit, aut quia (a) ipſi minus nota, perſpectaque fuerint, aut quia fallaciora eſſe crederet, quam ea quæ ex ægrotantis ſpiritu, multiſque ex aliis duxerat. Plurimis tamen eſſe facienda ex pulſu ſigna, nemo ignorat, qui ſatis ſit in mediorum artibus exercitatus. *Celſuſque* ipſe, quamvis (b) fallaciſsimas res venas nominet, iis (c) tamen credidit. Legimuſque,

(a) Non eſt ferenda ſilentio *Capuani* malitia, qui, ut *Hippocratem* ſibi ipſum probet contradixiſſe, ex diverſis *Hippocraticis* ſcriptis eruit pugnantes ſententias; ut eum ipſum ignoraſſe pulſum oſtendat, loca quæ ex pulſu notas habent, ex eiiſdem ſcriptis non adducit, *pag. m.* 130. Veruntamen cum perraro, fereque obſcurius pulſus in *Hippocraticis* libris indicetur, conſtat hanc medicinæ partem omnium minime excoluiſſe cum vetuſtiſsimos medicos, tum vel ipſum *Hippocratem*: verique ſimile eſt, eoſdem conſueviſſe minus ex pulſu febrim percipere, quam ex acri, intenſiorique calore corporis. Vid. *Garìopont.* de febrib. cap. 7. & *Stephan. Athenienſ.* §. 15.

(b) Med. lib. 3. cap. 6. pag. m. 129.

(c) Vid. lib. 2. cap. 7. pag. 63. lib. 3. cap. 4. pag. 122. & cap. 19. pag. 156. lib. 5. cap. 26. n. 8. pag. 285. & n. 15. pag. 287. Cælius porro Aurelianus longe pluribus morbis ex pulſu addidit ſigna; inque hac parte cæteros veteres ſuperavit.

que, ante ipſum medicos (a) ſigna ex pulſu conſuluiſſe ad futura prænoſcenda. Quin ante *Praxagoram* (b), Herophilumque, à quibus maxime de pulſibus eſt elaboratum, *prædicto-rum* auctor (c), venarum contrectationem valere ait ad errores devitandos (d). Vix enim

ulla

(a) Cicero antiquior Celſo *lib.2. de divinat.* ait: *Medici ſigna quædam habent, ex venis, ex ſpiritu ægroti, multiſque ex aliis futura præſagiunt.*

(b) Hic in muſicos pedes pulſum deſcripſit per gradus ætatum, nimiam tamen propter ſubtilitatem deſertus. *Plin. hiſt. nat. lib. 9. cap. 37. & lib. 25. 1. Galenus* quoque ad nimiam ſubtilitatem pulſuum doctrinam reduxit, auctore *Conrigio Introduct. cap.* 6. Vana pleraque in eadem doctrina deprehendit *Schelhamerus*; falſaque probat eſſe ex *Cleyero*, quæ de Cinenſibus medicis morbos ex pulſu cognoſcentibus prædicantur: & impoſſibilia, quæ auctor *lib. de veter. cant. & viribus rythmi*, nimirum *Iſaacus Voſsius*, ab Eropeis expoſtulat, ut ſcilicet pulſum ad muſicas leges deſcribant. *Addit. ad introd. Conringii cap.* 6. *pag.* 227. *ſeqq.*

(c) * *Epeita teeſi cherſi pſauſanta tees gaſtros te, cai toon phleboon eeſſon eſtin exapataſthai, hee mee pſauſanta.* * Id eſt: *deinde qui manus contrectavit ventrem, ac venas, minus falli poteſt, quam qui non contrectavit.* Prædict. lib. 2. de pulſu quoque ut ſigno hæc habentur, 4. Epid. * *en toiſin exytatoiſi toon pyretoon oi ſphygmoi pygnotatoi, cai megiſtoi.* * *Acutiſsimarum febrium pulſus maximi, & celerrimi.* Ibidemque: * *Zooilou tou tectonos ſphygmoi tromoodees, cai noothoi.* * *Zoili fabri pulſus tremuli imbecillique.* Et lib. 2. morb. mul. * *ſphygmoi pros cheira pſairontes.* * *Pulſus ad manum debiles.*

(d) Celſus, lib. 1. præf. pag. 17.

ulla perpetua præcepta medicinalis ars recipit. Ut injuria quidem perſtringat *Capuanus Hippocratem* (ecquando autem non injuria perſtringit?) quod obſervaverit omnibus omnino (a) febricitantibus victum non convenire humidum; nec (b) lethalem ſemper eſſe morbum in gravida muliere acutum; nec (c) inediam ſenes ſuſtinere univerſos; nec (d) elapſum per vulnus omentum perpetuo putreſcere; nec (e) quotidie febrem qualibet diſcuti, eam licet quotidie excipiat rigor; nec (f) ſemper citius finiri pleuritidem, in qua per initia excreatur, aliaque his ſimilia. Quorum ſingula, reliquaque omnia, quæ in aphoriſmorum præſagiorumque libris occurrunt, præcepta, ſi vix ulla excipiantur, quæ inania, falſaque ſunt, ac admodum probabiliter, aut interjecta (g), & adulterina, aut depravata; nemo ignorat, non eſſe

(a) I. aph. 16.
(b) V. aph. 30.
(c) I. aph. 13.
(d) VI. aph. 58.
(e) IV. aph. 63.
(f) I. aph. 12.
(g) At ponamus ea quæ inania falſaque ſunt, perpauca tamen, germana eſſe incorruptaque, *Hippocratemque* interdum dormitaſſe, numquid propterea vaniloquum dicemus *Hippocratem*, ejuſque aphoriſmos divinos ironice cum *Capuano* appellabimus?

eſſe accipienda, ut perpetuæ, æternæque veritatis dogmata, ſed ut obſervata, quæ ut plurimum vera eſſe res ipſa atque eventus oſtendit, ſummorumque hominum evincit auctoritas. Quid enim impudentius *Sinapio*? (nam „Verderius audiri non debet“ quia ſecreta artis ignorat „ *Bartholin. cent.* 3. *epiſt. med.* 4.) „qui in præſatione tractatus, cui titulus: “ *Abſurda vera* (rectius dixiſſet: *vere*) & *paradoxa de vanitate, falſitate, & incertitudine aphoriſmorum Hippocratis, libri* 1. 2. 3. 4. auſus eſt effutire, obſervaſſe ſe, ut plurimum fallere aphoriſmos plurimos. Idque ut probet, ſingulis aphoriſmis notas appoſuit vanis, falſis incertiſque refertas ſententiis, captioſiſque ratiunculis, quas nemo prudens ſine faſtidio legerit; nedum refellere cogitaverit, cum *Hippocratis* (a) obſervationes facile ſe per ſe ipſas

---

(a) Hæ obſervationes philoſophiam conſtituunt eam, ob quam auctor operis nuncupati: *L' eſprit des nations*, inquit *lib.* 1. *cap.* 7. Hippocrate le ſeul qui ait ſurvecu à l 'ancienne phyſique, ègalement ancien, & moderne: ob eamque omnium ferme gentium elogia conſecutus eſt *Cous*; ſitque inſtar omnium illud *Baconis Hiſt. vit. & mort.* quum ait: „Hippocrates Cous medicus inſig„nis centum, & quattuor annos vixit“ (hanc eandem ætatem poſuere Tzetzes, & Svidas. Hanc ipſam ætatem Soranus nonnullis arridere ſcribit, aliis nonaginta annorum, aliis octoginta quinque, quos Schulzius ſequi-

ipſas defendant contra calumniatores quoſcumque.

Ut igitur quædam eorum, quæ generatim attigimus, particulatim explicemus, ſciendum eſt, I. generale præceptum eſſe auctore *Jacotio*, *comm. coac. pag.* 247. „ſigna omnia, „quæ boni aliquid, aut mali certo prænunciant, firma & conſtantia eſſe debere.“ Nam & ſingultus niſi (a) *ſit frequens*, *& præter conſuetudinem continuus*, (b) hepar non indicat inflammatum: & (c) ſtrangulatio ſine tumore, niſi perſtiterit, febricitantem non tollit; laboremque ſomnus, ſi ſemel tantum, atque iterum (d) faciat, mortem non præmonſtrat futuram.

II. Ubi aut ſuppuratio dicitur expectanda, ſive (e) ob hypocondriorum tumorem, ſive ob

---

quitur, aliis demum centum & novem, quibus Caſtellanus adhæret) „artemque ſuam tam longa vita comprobavit & honeſtavit: vir cum prudentia quadam „doctus, in experientia & obſervatione multus, non „verba aut methodos captans, ſed nervos tantum ſcientiæ ſeparans, & proponens.“ Plura hujus viri elogia habent *Fabricius*, *bibl. græc. Meibomius*, *comm. in juſiur. Hipp. Thomas Pope Blount*, *cenſur. celebr. autor. & Lindanus*, *op. Hipp. tom.* 2. *in fine.*

(a) Celſus lib. 2. cap. 7. pag. 62.
(b) Aph. Hipp. V. 58.
(c) Ibid. IV. 34. & 35.
(d) Ibid. II. 1.
(e) Præſag. Hipp. I. num. 34.

(*) ob deſtillationem, ſive (a) ob dolorem ventris diuturnum; aut abſceſſus prædicitur futurus, aut (b) ex torminibus hydrops prænunciatur, aut quid aliud ſcribitur hujuſmodi; ſubjiciendum omnino eſt, *Galeni* judicio (c) *niſi morbus hominem morte præripiat.*

III. Non ignorandum, convulſionem tam (d) ex vulnere, quam (e) ex epoto veratro ortam non ideo lethalem appellari, quia perpetuo mortem afferat ægrotanti, ſed quia periculoſa res eſt, morteque ſæpius finiri ſolita. Idem de quocumque alio morbo, morbique ſigno, quod lethale eſſe dicitur, judicium eſto.

IV. Neque ſingula, quæ lethalia dicuntur, ſunt æqualiter metuenda, ſed alia aliis periculoſiora, magiſque mortifera. Etenim nonnullos (f) ex atræ bilis exitu convaleſcere obſervavimus morbo ineunte; vix ullos (g) eodem protracto, quum extenuata, confectaque ſunt corpora. Lethaliaque (h) cerebri, ſepti

---

(*) Aph. Hipp. VII. 38.
(a) Ibid. 32.
(b) Ibid. IV. 11.
(c) Comm. VII. aph. Hipp. 22.
(d) Aph. Hipp. V. 2.
(e) Ibid. 1.
(f) Ibid. IV. 22.
(g) Ibid. IV. 23.
(h) Ibid. VI. 18.

ti tranſverſi, ventriculi, inteſtinorum, veſicæ, jecoriſque vulnera interdum ſanata fuiſſe novimus, numquam vero cordis, quæ in ſinus penetraſſent.

V. Cauſſæ manifeſtæ vim ſignis detrahunt obſervante *Valleſio, comm. in Hipp. tom. 2. col.* 325. Nam dentium ſtridor, ſi conſuetus accedat ad febrem, periculum minuit, quod (a) creat inſolitus. Metumque extenuat, ſi cui palpebræ (b) non committuntur per ſomnum, conſuetudo dormiendi non commiſsis palpebris. Sine periculo quoque eſt pulſus perquam concitatus, exiguuſque atque intermittens in eo, in quo talis ineſt per bonam valetudinem proprietas pulſus. Neque nos terrere debet frigidus frontis, facieique ſudor acutis in febribus, quandoquidem frigus contrahat ſudor ab aëre, lociſque frigidis. Neque perturbatus ſomnus (c) in iis, qui cum ſani ſint, conqueri, vociferare, exſurgere, ægrius ſpirare, timere, concutique ſolent per ſomnum. Nec demum anxietas, corporiſque jactatio (d) ac pedum, brachiorumque inconcinna proje-

ctio,

(a) Præſag. Hipp. I. n. 24.
(b) Ibid. n. 14.
(c) Aph. Hipp. II. 1.
(d) Præſag. I. n. 19.

ctio, ubi hæc ipſa, aut ab aëris æſtu, aut à teneriore quadam, molliorique vi animi proficiſcuntur. *Sunt enim quædam*, ait Celſus *lib.2. cap. proprietates hominum*, ſine quarum *notitia non facile quicquam in futurum præſagiri poteſt.*

VI. Lethali cuique ſigno vim plura addunt, detrahuntque. Ac primo morbi qui dominantur ſimiles: quod docuiſſe videtur *Hippocrates*, quum inquit (a): *item popularium graſſantium quoque morborum impetum obſervare oportet.* Etenim vagantibus ſalutaribus morbis ſigna non perinde terrent lethalia, ac ſi graſſentur mortiferi. Nam per id temporis ne bonis quidem fidendum eſt ſignis. Deinde etiam ſputorum, dejectionum, urinarumque ratio. Si quidem cruditate vigente, quum acutis in febribus (b) urina fulva, tenuiſque profunditur, aut in pleuritide ſputum tenujus, album rotundum, ſpumoſumque redditur, taliaque diutius permanent; lethalia pluris æſtimanda ſunt ſigna, quam ſi dejectio (c) craſſeſcat, ſputumque æquale læveque fiat, celeriterque feratur, ac facile; atque in urina (d) perpetuo album rubrumve ſedimentum, læve tamen

¶¶¶¶ æqua-

(a) Ibid. III. n. 39.
(b) Ibid. II. n. 30.
(c) Ibid. n. 16.
(d) Ibid. n. 26.

æqualeque reſideat. Hæc enim coctio appellatur, quæ ſalutarem criſim, ſignorumque pravorum mitigationem, receſſumque promittit: cum è contra (a) cruditas aut nullam criſim, aut malam procreet, qua ſigna fiunt deteriora, ingraveſcit aut recrudeſcit morbus, ſæpeque etiam homo moritur.

VII. Conſiderare quoque oportet ſigna comitantia, & ſubſequentia reliqua. Id namque quod malum eſt, majus malum efficitur; quod lethale, multo evadit lethalius ſignorum acceſsione lethalium. Contra ſalutaribus notis unum quodpiam lethale ſignum comitantibus, aut conſequentibus, ita vis ejus extenuatur, ut brevi ſæpe conquieſcete ſoleat; aut, ſi perſiſtat, morbum quidem producere, perraro autem ægrotantem occidere valeat. Nec ſine cauſſa. Nam vix una quæpiam pars corporis graviter ægrotat, quin ob cognationem, conſenſumque mirabilem plures aliæ percellantur, afflictæque ipſius unius partis ſigno ſua quæque pars reliqua adjiciat indicia.

VIII. Iccirco, qui recte pernoſcere futura de-

(a) Percelebre eſt illud effatum Hipp. lib. I. epid. ſect. 2. *Coctiones omnes criſis celeritatem, ſecuritatemque denunciant: cruda vero, & incocta, & in pravos abſceſſus converſa, aut longitudinem, difficultatemque morbi ſignificant, aut ejuſdem reverſionem, aut mortem.*

deſiderat, non modo conſideranda ſunt ei ſigna, variæque expendendæ ſingulorum vires, ſed etiam bona conferenda cum bonis, viciſsimque bona cum malis, & mala comparanda cum bonis. Hoc quippe modo prædictio, ſi ad ſcientificam non evehitur certitudinem, ecquis enim ex conjecturali arte præcepta exquiret perpetua? „cum ne finitæ quidem vitæ Democritus ſatis certas notas eſſe „propoſuit, quibus medici crediidiſſent (a);" certior profecto evadet, longeque perfectior. Quod ſi ne ſic quidem fieri poteſt, quominus à medicis deſerti doctiſsimis interdum convaleſcant, inque ſpem erecti moriantur homines; eſt tamen danda fides præceptis ab *Hippocrate* traditis. Præclare enim *Celſus* (b): *Non itaque ſi quid vix milleſimo in corpore aliquem decipit, id fidem non habet, cum per innumerabiles homines reſpondeat.*

* * * * * * *

* * * * * *

* * * *

EPI-

(a) Celſus lib. 2. cap. 6. pag. 57.
(b) L. c.

EPISTOLA

PRIMÆ EDITIONI PRÆFIXA.

ANDREAS PASTA
DISCIPULIS SUIS
S. D.

QUæ vero potiſsimum præſtiterim, ut aſsiduis poſtulationibus veſtris cumulatiſsime ſatiſfacerem, hæc ſunt. Primum Hippocratis aphoriſmi, ejuſdemque præſegia latine reddita, ut emendatiora typis, quam unquam ante, recuderentur, curavi. Deinde Leoniceni verſionem, quam non una de cauſſa ſequor, in nonnullis locis pravam, in pluribus autem perobſcuram recognovi poſt viros ſtudio atque doctrina præſtantiſsimos. Eodem vitio laborantem recenſui præſagiorum verſionem à Copo factam. Quod cum ne id quidem vobis ſatis eſſe intelligerem in tam recondita, ſubtili, multiplicique Hippocratis doctrina, quædam adjeci, pauca tamen, & ea ſummatim, ne ſcilicet mentes obruerem, ſed erigerem veſtras. At enim, mihi nunc audire videor, quid jam novo interprete opus, cum fere neſcias, utrum plures ſint aphoriſmi, an interpretes? aut ſi opus eſt, quid lucis notæ afferent breves rebus in reconditis, atque ſubtilibus? Ne vivam, ſi interpretem egero;

cum

cum tot veterum, recentiorumque ſtudiis, atque artibus hanc ſibi ereptam provinciam fateatur oportet, qui nolit actum agere. Irritos enim fore conatos poſt Hollerium, qui in aphoriſmis interpretandis longe omnes multumque ſuperat, quis ignorat? Nec mediocrem laudem conſecuti ſunt Valleſius, Heurnius, Tozzius, Hecquetus, Fickius, & omnium nuperrime Gorterus, viri doctrina, rerum copia, ac ſententiarum varietate abundantiſsimi. Sed in his brevitatem fortaſſe deſideraveris ad juvanda adoleſcentum ſtudia: quorum alii, rerum multitudine perterrentur, quominus ea, quæ attente, quæ ſæpius legenda ſunt, legant; alii ea quoque, quæ perlegerint, memoria ſatis comprehendere, ſervareque nequeunt. Quare non putavi eſſe alienum utilitati veſtræ, ſi ex optimis interpretibus, aliiſque claris viris excellentiſsima quæque libaſſem, rejectis iis, quæ ſupervacua ſunt, & nullum in medendo, aut certe exiguum uſum habent. Aphoriſmos, qui plani, atque evidentes viſi mihi ſunt, intactos reliqui, ne artem longam efficerem ſine neceſsitate longiorem. Nam cognito, exempli cauſa, bonum eſſe delirium ſedari ſomno, *parum hercule ſcire intereſt, quamobrem ſit bonum: aut ſi conſtet,* vino epoto famem extingui, *parum ars detrimenti capiet, ſi cauſſam ignorem; aut incrementi, ſi exploratam habeam, atque perſpectam. Non eo tamen hæc dico, ut ſummorum interpretum labores improbem; ſunt enim & hi conſulendi; quamvis*

vis non ante legendos ſuadeam, quam aphoriſmos perceperitis, atque adeo edidiceritis, ut vobis numquam excidant. Satius quippe eſt, ſcire prius, penituſque intelligere, quid agat natura, cui medico parendum eſt, quam cur agat, & quibus artibus ex iis cognoſcere, qui omnia quæcumque in aphoriſmis ſunt, non minus ſcientiæ, quam cauſſarum perveſtigatione comprehendunt. Expetenda in primis ſunt præcepta ad uſum artis neceſſaria, quam ab expeperimento ortam fuiſſe ſcimus, exemplo præeunte. Ideoque jure vereque parens medicinæ appellatur Hippocrates, eumque omnia gymnaſia, omneſque medicorum ſcholæ concelebrant, divinumque nominant, quia hanc ipſam condidit naturæ legibus judiciiſque, quæ dies confirmat, non opinionum commentis, quæ in dies mutantur, innixam. Quod reliquum eſt, quamvis per notas ſcripſerim breves, nihil tamen commiſi, quamobrem huc ea, quæ cum vobis præſertim, tum provectioribus quoque medicis uſui fore cognoveram, non conferrem omnia. Quin etiam, quod ad variam aphoriſmorum ſignifitationem attinet, ea his notis comprehenſa ſunt, quæ in pluribus vel locupletiſsimis interpretibus deſiderantur. Illud porro impenſius curavi, ut paulo fuſius, atque accuratius exponerentur, quæ ad alendos ægros pertinent, purgandaque eorundem corpora. Præclara mihi Brudus, & Martianus ſuppeditarunt, quæ pauci in ſuos commentarios retulere. Ipſe quoque quædam protuli à

Galeno, cæteriſque interpretibus diſcrepanda, quorum arbitros ſtatuo eruditos viros; eiſque meas, ſi quæ ſunt aliæ, ad græci textus emendationem, ſignificationemve ſpectantes conjecturas relinquo. Obſcuriores demum locos explanare non indiligenter ſtudui, ut eos non modo vos intelligatis, qui aliquantum eſtis in medicorum artibus, & diſciplinis verſati, ſed etiam ii, qui ab eiſdem abhorrent, modo ne latinas ignorent literas, univerſam queant artem in aphoriſmis, præſagiiſque repoſitam paucis diebus, facileque conſequi, perceptæque, quod quam breviſsime explicetur, meminiſſe. Valete.

HIPPOCRATIS

JUSJURANDUM

Vertente Foeſio.

PER Apollinem Medicum, & Æſculapium, Hygiamque ; & Panaceam jurejurando affirmo, & Deos, Deaſque omnes teſtor, me quantum viribus, & judicio valuero quod nunc juro, & ex ſcripto ſpondeo, plane obſervaturum. Præcceporem quidem qui me hanc artem edocuit, parentum loco habiturum, eique cum ad victum, tum etiam ad uſum neceſſaria, grato animo communicaturum, & ſuppeditaturum. Ejuſque poſteros apud me eodem loco quo germanos fratres fore, eoſque ſi hanc artem ediſcere volent, abſque mercede, & ſingrapha edocturum. Præceptionum quo-

quoque & auditionum, totiuſque reliquæ Diſciplinæ, cum meos, & ejus qui me docuit liberos, tum Diſcipulos qui Medico jure jurando nomen, fidemque dederint, participes facturum, aliorum præterea neminem: Victus quoque rationem quantum facultate, & judicio conſequi potero, ægris utilem me præſcripturum. Neque cujuſquam precibus adductus, alicui medicamentum lethale propinabo, neque hujus rei author ero. Neque ſimili ratione mulieri peſſum ſubditium ad fœtum corrumpendum exhibebo: Sed caſtam & ab omni ſcelere puram, tum vitam, tum artem meam perpetuo præſtabo. Neque vero calculo laborantes ſecabo, ſed magiſtris ejus artis peritis id muneris concedam. In quamcumque autem domum ingreſſus fuero, ad ægrotantium ſalutem ingrediar, omnem injuriæ inferendæ, & corruptelæ ſuſpicionem procul fugiens, tum vel maxime rerum venerearum cupiditatem erga mulieres juxta, ac viros, tum ingenuos, tum ſervos. Quæ vero inter curandum, aut etiam medicinam minime faciens, in communi hominum vel videro, vel audiero, quæ minime in vulgus efferri oporteat, ea arcana eſſe ratus ſilebo. Hoc igitur jusjurandum ſi religioſe obſervavero, ac minime irritum fecero, mihi liceat cum ſumma apud homines exiſtimatione perpetuo vitam felicem degere, & artis uberrimum fructum percipere. Quod ſi illud violavero, & perjavero, contraria mihi contingant.

Hæ ** nomina deſignant Græca.

APHO-

APHORISMORUM HIPPOCRATIS

SECTIO I.

I. VIta brevis, ars longa, occaſio præceps, experimentum periculoſum, judicium difficile. Nec ſolum ſe ipſum præſtare oportet opportuna facientem, ſed & ægrum, & aſsidentes, & exteriora.

II. IN perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontaneis, ſi *qualia* oportet purgari, purgentur, confert, & le-

I. *Præceps*. Acutis præſertim in morbis, qui brevi vel occidunt, vel liberant. Hinc illud: *Principiis obſta*. *Periculoſum*. Tum quia *differt corpus à corpore, natura à natura*, Hipp. tum quia *ſimilitudines quandoque vel peritos Medicos fallunt*, Idem. *Difficile*. Eo quod difficulter aſſequimur immediatam morbi cauſam, ob incomprehenſibilem minimarum partium, quæ firmæ ſunt, ſtructuram, non minus quam fluidarum nexum, naturam, vires: nec facile ſcimus ante morbi exitum, ſalutaris ne ſit futurus ſudor, urina, vomitus, dejectio, ſputum, fluxus ſanguinis, an ſecus. *Exteriora*. Huc referendus aer, lintea, ſtragula, lectus, cubiculum, odores, alimenta, medicamenta, quorum ſingula apta eſſe debent ad vincendum morbum.

II. *Perturbationibus*. Dejectionibus. *Qualia*. Rectius, *qualiter oportet*. Id eſt, ſi humores evacuentur tempore opportuno, quantitate convenienti, prægreſsis ſignis coctionis, ſine moleſtia, & per loca lege naturæ commoda. Igitur ſi cui vomitus ipſe per ſe movetur, aut alvus *qualiter oportet* ſolvitur, nimirum ſi-

leviter ferunt; ſin minus, contra. Sic & vaſorum inanitio, ſi *quidem* fiat, *qualiter* fieri debet, confert, & bene tolerant; ſin minus, contra. Inſpicere itaque oportet, & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conveniat, aut non.

III. *Corpora* exercitatorum, qui ſummum bonitatis attingunt, *periculoſa*, ſi in extremo conſtiterint: neque enim poſſunt in eodem ſtatu permanere, neque quieſcere;

ſine moleſtia, prægreſsiſque coctionis ſignis, ac ea quantitate, qualitateque, quæ morbo reſpondeat; talis evacuatio & ægrotanti confert, id eſt, ejus morbum imminuit, & facilè fertur, id eſt, ea æger ipſe evadit alacrior: ſin minus aut permanet, aut ingraveſcit morbus, atque infirmatur homo. Tum enim, qui prodeunt ſucci, vi morbi prodeunt, id eſt, inordinatis perverſiſque ſolidorum motibus, non iis, qui ſecundum naturam ſunt, ejiciuntur. Quo fit, ut cruda ferè vomantur, dejicianturque, & incocta, aquoſa, tenuja, ſpumoſa, divulſa, inodora, variegata; quibus utique ſeu morbi longitudo, ſeu ejuſdem recrudeſcentia, quam recidivam dicimus, ſeu mors ipſa quoque ſignificatur. Sæpè etiam evenit, ut nec tollat, nec levet evacuatio morbum, tamen ſuſtineatur ab homine. Id ubi accidit, commodum eſt, quoaduſque ferunt vires, eam ſinere: quippè qua plenitudo detrahitur, ut progreſſu temporis prodeſſe queat. Nam *levata*, auctore Galeno, *natura ab eo, quo velut ſarcina premitur, facilius quod reliquum eſt & conſumit, & concoquit. Vaſorum inanitio.* Id eſt, purgatio, quæ medicamentis vomitum, aut alvum cientibus fit, quum natura aut ſegnius movet alterutrum, aut prorſus non movet, cum movere deberet.

III. *Exercitatorum.* Qui in gymnaſio exercitabantur, athletæ dicti. *Bonitatis.* Rectius, *plenitudinis. Periculoſa.* Ob metum diſruptionis vaſorum, febrium ardentium, inflammationum, ſyncopæ, apoplexiæ. *Compreſsiones.* Rectius, *extenuationes. Qualis natura.* Id eſt, tandiu extenuanda ſunt hæc corpora, dum acquiſitam ſummam plenitudinem amiſerint, & ad naturalem conſtitutionem fuerint reducta. *Ad extremum deducunt.* Quæ nimia dejectione, nimiove vomitu ægrotantem fatigant, atque exhauriunt: quod quidem præſtant fortiora purgantia remedia, interdum & mediocria, ſi ſæpius atque inconſulto exhibeantur.

re; cum verò non quieſcant, nec poſsint proficere in melius; reliquum eſt igitur, ut decidant in deterius. His de cauſis bonum habitum ſtatim ſolvere expedit, ut rurſum corpus nutriri incipiat; neque compreſsiones ad extremum ducendæ; periculoſum enim; ſed qualis natura fuerit ejus, qui debet perferre, ad hoc ducere convenit. Sic & evacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculoſæ; & rurſus refectiones, cum extremæ fuerint, periculoſæ.

IV. Victus tenuis, atque exquiſitus, in morbis quidem longis, ſemper; in acutis vero, in quibus non convenit, periculoſus. Et rurſus, qui ad extremum devenit tenuitatis, gravis eſt: nam & repletiones, quæ ad extremum deveniunt, graves ſunt.

V. In tenui victu ægri delinquunt, quo fit, ut magis lædantur. Quicunque enim error committitur, major in hoc fit, quam in paulo pleniori victu. Propterea etiam ſa-

---

IV. *Victus tenuis.* Succus ex ptiſſana collata expreſſus, cremor ptiſſanæ pleriſque dictus. Ptiſſana pultis genus erat, quod ferè ex hordeo parabatur aqua perfuſo, ſiccato, & cortice exuto, diuque repoſito, tum in 10. aut 15. aquæ partibus decocto, donec colliqueſceret. Hanc, totam ptiſſanam, & ptiſſanam non collatam Græci nominabant. Sanorum æquè, ac febrientium victus erat ſic, ut hi minus, illi plus aſſumerent. *Non convenit.* Ut in ſimpliciter acutis, qui 14. diebus finiuntur. In his, atque in acutis quibuſcunque, ſi vires ptiſſanam non ferunt collatam, tota ptiſſana utendum eſt. *Extremum tenuitatis.* Victum extremè tenuem, ſeu tenuiſsimum. Hunc veriſimile eſt in aquæ potu fuiſſe ſitum, cui parum interdum liquoris inſtillabatur parati ex favis dulciſsimis decoctis, ſive ex favis, & aceto; ſive ex aceto, & melle. *Gravis.* Quum morbi natura, aut morbi tempora, aut ægri vires hunc victum reſpuunt.

V. *Delinquunt.* Si quis error incidit in victu, aut qualibet alia re, plus is læditur, qui tenui victu, quam qui paulo pleniori utitur: nimirùm plus læditur, qui ſucco ptiſſanæ, quam qui tota ptiſſana utitur. Ideo tenui victum præfert paulo pleniorem *Hipp.* ſic tamen, ut quum morbus maximam acquirit vehementiam, victu utendum ſit tenuiſsimo. *Vid. Aph.8.*

ſanis periculoſus exiſtit valde exquiſitus victus, & conſtitutus, quoniam errores gravius ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus, atque admodum exquiſitus eo, qui ſit paulo plenior, magis periculoſus.

VI. Extremis morbis extrema exquiſitè remedia optima ſunt.

VII. Ubi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſsimo victu utendum eſt. Ubi vero non, ſed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum eſt, quanto morbus extremis *remiſsior fuerit*.

VIII. Quando morbus in ſuo vigore conſtiterit, tum victu tenuiſsimo utendum eſt.

IX. Conjectari autem oportet, an æger cum victu ſuf-

VI. *Remedia*. Rectius, *curationes*, quas victu exequi tenuiſsimo, ſeu, ut alias ſcribitur, extremè tenuiſsimo, ſolebat *Hipp*. Interpretes ad quævis remedia ſententiam extendunt, quæ extrema dicuntur, cujuſmodi miſsio ſanguinis ad animi deliquium, purgatio fortis, & crudelis chirurgia eſt.

VII. *Peracutus*. Ille eſt, qui quarta judicatur, ſeu finitur, die, quique acutiſſimus quoque dicitur, & per extrema ſymptomata, ſeu morbi accidentia, dignoſcitur. Nam ſi febriens quis maximè ſitiat, doleat, vigilet, aut, præter conſuetudinem, corporis poſitum aſsiduè mutet: brachiaque, cervicem, & crura inæquabiliter diſpergat ac nudet, morbus indubie quarta finietur die.

Remiſsior. Seu quanto morbus levior fuerit peracutis morbis, ſeu quanto remotior à vigore, id eſt, ſtatu fuerit.

VIII. *Vigore*. Si morbus criſim die ſeptima habiturus eſt, & vigorem ſeu maximam vehementiam eadem ipſa die, aut parum ante; tenui victu utendum erit primis quatuor diebus, tribus autem reliquis tenuiſsimo, peractaque criſi ſenſim ad pleniorem tranſeundum. Criſim porro ſeptima fore indicat dolor capitis, vigilia, & delirium, ſi hæc cum acuta febre continenter afflixerint, undecima vero die, ſi intermiſerint, aut quædam eorum deſint.

IX. *Conjectari*. Ex ægri viribus, & morbi vehementia conjiciendum, quouſque duraturus ſit morbus, atque adeò quo vi-

ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat; & nunquid prius ille deficiat, nec poſsit cum victu perdurare, vel morbus ante deficiat, atque hebeteſcat.

X. Quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit, his ſtatim tenuis victus adhibendus eſt: quibus vero poſterius debet conſiſtere, his, & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud, cibus ſubtrahendus: prius vero uberius agendum, ut æger ſufficiat.

XI. In acceſsionibus abſtinere oportet; nam cibum dare nocuum eſt; & quibus per circuitum fiunt acceſsiones, in ipſa acceſsione abſtinere oportet.

XII. Acceſsiones vero, & conſtitutiones morbi indica-

---

victu ſuſtinendus ſit æger ad id temporis, quod morbi ſtatus dicitur, & vigor. Nam ſi ante id temporis ægrotantem tenuius nutries, quam oportet; ſiquidem vires conſtent, coquetur humor, ſolveturque morbus ante vigoris tempus: ſin deficiant, inconcoctis humoribus, morietur æger ante ſtatum morbi, ſeu vigoris tempus.

X. *Conſiſtit.* Id eſt, ad vigorem evehitur: qui ſi extremos labores affert, non tenuem, ſed tenuiſsimum victum expoſtulat. *vid. Aphor.* 7. *&* 8. Hinc fortaſſe legendum * *leptotatoos* * *tenuiſsime*, non autem * *leptoos* * *tenuiter*. *Prius vero.* In principio morbi, & augmento liberalius indulgendum, ut æger morbi vigorem ferre valeat, quo tempore, & paulo etiam ante, victus eſt maximè extenuandus.

XI. *In acceſsionibus.* Acceſsio, ſive paroxiſmus tempus eſt, quod febris ortu, incremento, & ſtatu finitur. Circuitus tempus eſt, quod ortu unius febris, & alterius circumſcribitur: ut quotidianæ febris eſt horarum 24. tertianæ 48. *Abſtinere.* Dare tamen cibum oportet bilioſis, quibus os ventriculi bilioſis humoribus tentatur facile, & exquiſitioris ſenſus eſt, febribus ſyncopalibus laborantibus, morboque extenuitis, & famelicis melancholicis, alioqui facile eis linqueretur animus. *Ballon epid. l.* 1.

XII. *Morbi indicabunt.* Id eſt, morbi natura, & anni tempus, & paroxiſmorum modi indicabunt tempora morbi univerſalia, nimirum morbi principium, incrementum, & vigorem,

cabunt, & anni tempora, & circuituum ſucceſsiva incrementa, ſive quotidiè, ſive alternis diebus, ſive per majora intervalla fiant. Sed & ex his, quæ mox apparent, indicia ſumuntur; quemadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breviat: ſi vero poſtea appareat, producit. Et urinæ, & alvi excrementa, & ſudores, & quæcunque apparuerint, vel bonam morborum judicationem, vel malam, vel breves, vel longos fore morbos oſtendunt.

XIII. Senes facillimè jejunium ferunt: ſecundo loco, qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcentes, omnium minimè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt vividiores.

XIV. Qui creſcunt plurimum habent calidi innati; plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus abſumitur. Senibus vero parum calidi innati ineſt; paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt; frigidum enim eorum corpus.

XV. Ventres hieme, & vere natura calidiſsimi ſunt, &

---

rem, ſeu *conſtitutionem*, declinationemque. *Quæ mox apparent.* * *Epiphainomena* * propriè ſigna ſunt, quæ non ſimul cum morbo invadunt, ſed paulo poſt ſuperveniunt, ut ſputum in pleuritide, quam morbum lateralem appellat.

XIII. *Senes.* Senes crudi, & virides dicti à 50. ad 67. annum. Hi ſunt parum, & raro cibandi. Contra decrepiti pauco quidem cibo, ſed frequenti, nutriendi ſunt.

XIV. *Qui creſcunt.* Pueri, & adoleſcentes. *Calidi innati.* Videtur *Hipp.* ſecutus *Heraclitum*, ignem pro rerum principio atque elemento ponentem. *Paucis.* Id eſt, parciori alimento nutriri debent. *Non ſimiliter.* Febres ſenum non ſolere eſſe ardentes, haberi tamen debere in eiſdem magnas, licet videantur exiguæ, ſcribit *Valleſius*. Quod ſi accidat, ut ardentibus juvenum febribus laborent ſenes, eos omninò interituros arbitratur *Hollerius.*

XV. *Ventres.* Id eſt, ventriculus, atque inteſtina. *Calidiſſimi ſunt.* Id eſt, valentiſsimi. Nam hæ partes ceteræque, quæ in-

& ſomni longiſsimi; quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus eſt; unde & pluribus egent alimentis, indicio ſunt ætates, & athletæ.

XVI. Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris,& aliis, qui tali victu uti conſueverunt.

XVII. Et quibus ſemel, aut bis; & quibus plura ne, an pauciora, & *per partes* oporteat afferre, conſiderandum. Condonandum autem aliquid tempori, *& regioni*, & ætati, & conſuetudini.

XVIII. Æſtate,& autumno cibos difficillimè ferunt, hieme facillimè: ſecundum locum ver habet.

XIX. His, qui per circuitus acceſsionem habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere de cibis ante *judicationem*.

XX.

---

intus ſunt, hieme minus, quam æſtate calent, & vere. *Plurimus eſt.* Hipp. per calorem cibos concoqui arbitrabatur. Recentiores verò calorem non negantes, alimenta, putant, atteri in ventriculo cum *Eraſiſtrato*, ſucciſque etiam ſalivalibus digeri. *Ætates, & athletæ.* Id eſt, indicio ſunt pueri, & adoleſcentes, qui ob ſuccorum digeſtivorum vim, & robur ventriculi vicinarumque partium; tum etiam athletæ, qui ob exercitationem uberiori victu indigent.

XVI. *Febricitantibus.* Qui actu febricitant; nam intermiſſionis tempore ſolidiores cibi conceduntur. *Pueris.* Etiam non febrientibus; iis namque mollioribus, & humidis cibis uti confert. *Lib. de ſalub. diæt.*

XVII. *Semel aut bis.* Docebit morbus, atque ægri vires, ſemel ne, an bis die, larga manu, an parca, & an per partes èxhibendus ſit cibus: tum ſi ſic ſemper fieri oporteat, eodemque modo: an vero quid immutandum. *Condonandum.* Id eſt, concedendum aliquid anni tempori, &c.

XVIII. *Difficillimè ferunt.* Id eſt,ægerrime coquunt, & diſtribuunt. Hinc his temporibus parum cibi & ſæpius dandum, hieme plurimum & raro, vere autem medio modo nutriendum.

XIX. *His, qui.* In paroxiſmis periodicis febrium cibum auferfer-

XX. Quæ judicantur, & judicata ſunt integre, neque movere, neque novare aliquid, ſive medicamentis, ſive aliter irritando, ſed ſinere.

XXI. Quæ ducere oportet, quo maximè natura vergit, per loca conferentia, eo ducere.

XXII. Concocta *purgare*, atque movere; non cruda, *nec in principiis*, modo non turgeant; plurima vero non turgent.

XXIII. Dejectiones non multitudine ſunt æſtimandæ;

---

ferri oportet: at poſtquam paroxiſmus, ſeu acceſsio tranſiit; & criſis, exempli gratia ſudor, inſtat, tunc ſubtrahendum de cibis, qui dari ſolent peracta criſi, febreque finita; id eſt, parcius alimentum dandum, quam tempore intermiſsionis febris.

XX. *Quæ judicantur.* Judicatio eſt morbi ſolutio, *Hipp. de præcep.* Ergo ſi qua morbus evacuatione ſolvitur critica, eaque perſeverante, ſpes eſt, eundem ſolutum iri ex toto; nequaquam erit talis evacuatio adjuvanda remediis, ne nimia fiat, ſicque vires exſolvantur.

XXI. *Qua ducere.* Id eſt, quæ evacuare oportet. Hæc ſententia ad imperfectam criſim pertinet; quum natura humores, quos ab utilibus ſecrevit, evacuare aggreditur; ſed tardius & imperfectius. *Per loca conferentia.* Id eſt, per loca conſueta, & commoda juvabit naturæ motum Medicus humores blande educendo.

XXII. *Concocta.* Docemur concoctos humores medicamento purgante, aut quovis alio educendos eſſe, crudos vero nequaquam, neque per initia morbi, niſi turgeant, quod raro contingit. Turgent humores, non cum huc illucque effrenes & perturbati feruntur, doloremque modo ſurſum, modo deorſum inferunt; ut plurimi putant; (tum enim purgatione forti, aut levi infeſtius, & periculoſius quicquam?) ſed cum ad inteſtina ſubſederint, & ægrotantibus turgentiæ, ſeu moleſtæ tenſionis ſenſum excitant ſic, ut ſponte plerique medicamentum expoſtulent. *Vid. Martian. in comm.* Sic non datur medicamentum ante 5. niſi murmuraverit venter. *Lib. de rat. vict. acut. n.* 50.

XXIII. *Qualiter oportet.* Id eſt, tempore opportuno, quantitate convenienti, prægreſsis ſignis coctionis, ſine moleſtia, ne-

dæ; ſed ſi dejiciantur, *qualiter oportet*, & ægri facilè tolerant. Atque ubi uſque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, ſi æger poſsit tolerare.

XXIV. In acutis *morbis* raro, & in principiis medicinis purgantibus uti, & hoc cum præmeditatione faciendum.

XXV. Si *qualiter* oportet purgari, purgentur, confert, & facile ferunt; ſi contra, difficulter.

* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

neque ex brevibus intervallis, neque admodum fœtida, perliquida, albicantia, vehementer rufa, aut viridia reddantur excrementa. *Animi deliquium.* Cum *Hipp.* non uno in loco extremas damnet evacuationes, ſuſpicari æquum eſt, hanc aphoriſmi partem adjectam fuiſſe. Plerique cum *Galeno*: * *ta choreonta* * *dejectiones*, *excretiones*, ad ſanguinis miſsionem extendunt ſic, ut interdum ad animi deliquium mitti ſanguinem expediat. Quod tamen *Celſus* improbat; nec *Hipp.* in germanis ſcriptis ſanguinem ultra coloris mutationem educit.

XXIV. *In acutis.* Id eſt, iis in febribus, quæ cum æſtu, ſiti, & vigiliis vehementer, & continenter affligunt. *Et in principiis.* Toto eo tempore, quod à vigore, & declinatione diſtinguitur. Si quando in acutis purgandum eſt, *vid. Aphor,* 22. certè per id temporis faciendum.

XXV. *Si qualiter*, *vid. Aph.* 23.

APHORISMORUM HIPPOCRATIS

SECTIO II.

I. IN quo morbo ſomnus laborem facit, mortale; ſi vero juvat, non mortale.

II. Ubi ſomnus delirium ſedat, bonum.

III. Somnus, atque vigilia, utraque ſi modum exceſſerint, malum.

IV.

I. *Laborem facit.* Hæc ſententia ita ferè exponitur, ut mortale ſit, ſi ſomnus febrim, aut delirium, aut ſitim, aut dolorem ſemper adaugeat, aut inferat. At hic intelligi videtur, * *Hypnos tarachoedees* * *ſomnus turbulentus*, ut *in lib. coac.* quo ſæpè æger aut cum timore expergiſcitur, non aſſuetus, aut ſurgit, aut huc illuc convertitur, & jactatur, aut loquitur, aut exclamat, aut dolet, aut difficulter reſpirat. Hæc ſi non ſemel, aut bis, ſed ei ſemper per ſomnum incidant, aliaque prava ſigna adſint, lethale eſt. *Si vero juvat.* Id eſt, ſi placidus ſit ſomnus, ſuavis, & cum reſpiratione libera, qualis ſani hominis eſſe ſolet, quique dicitur italice: *far pro.*

II. *Ubi ſomnus.* Unum affert exemplum *Hipp.* ut quæ ſimilia, contrariaque ſunt, intelligantur, reliqua. Sic ſi ſomnus aut febrim, aut ſitim, aut anxietatem, aut dolorem tollat, bonum: contra, malum, ſi hæc is augeat ex *Valles. Delirium.* Tam ſi febrim comitem habeat, quam ſi ea vacet. *Sedat.* * *Payei.* * Vocem *Hipp.* familiarem eſſe notat *Mercurialis*, quæ perinde ſignificat, ac ceſſare faciens, & in totum delens. „ Non tamen certa omninò ſperanda ſalus; nam alio morbo „ æger interire poteſt, inflammatione, aut abſceſſu, qui in- „ tus alitur, aut non tota materia morbifica, ſed ejus tantum „ portione evicta, aut pernicioſi humoris fervore paululum re- „ miſſo, vel intermiſſo, deinde redeunte, ut in Philini uxo- „ re. „ *Liebaut.*

III. *Si modum exceſſerint.* Si aſsiduè ferè aut dormiat, aut

IV. Non ſatietas, non fames, neque aliud quidquam, quod modum *naturæ* exceſſerit, *bonum.*

V.

---

vigilet æger, nec longus ſomnus, nec diuturna vigilia præceſſerit. A criſi enim unum diem & noctem quoſdam dormiviſſe, *Galenus* ſcribit. Id ipſe nonnullis accidiſſe vidi poſt vehementes inteſtinorum, renumque cruciatus. Sic pueri interdum utiliter duos dormiunt dies: interdumque etiam quidam ægrotantes poſt 6. 7. 12. & 20. quoque dierum vigiliam in longum tempus dormire coguntur, *Hollerio* obſervante. Conſulenda igitur eſt ægrotantis natura, ætas, conſuetudo, habitus, ſtatus præcedens, anni tempus, regio, victus ratio, & alia hujuſmodi, ut ſciamus, an ſomnus & vigilia modum, necnè, naturæ excedant, id eſt, vi ne morbi naturam ſuperantis, an naturæ morbum vincentis, producantur. Sed ut qui modum excedit ſomnus, nec levis eſt, nec alacritatem affert, nec vires reficit; ſæpè quoque difficili reſpirationi jungitur, ſic qui modum ſervat, licet provehatur, ferè ægrum levat & alacriorem reddit. Idem de vigilia judicium eſto. *Qua de mea liceat mihi meminiſſe materteræ. Hæc quinque menſes ſine febre vigilabat, donec Medicus quidam doctus tantum ei Peruviani corticis dedit, quantum tollendæ febri ſufficit, extemploque ſomnum reſtituit.*

IV. *Non ſatietas.* Ob id inquit Hipp. *ſanitatis ſtudium eſt non repleri cibis, impigrum eſſe ad labores.* Quæ tamen imbecillis, nedùm ægrotantibus, fugienda prorſus eſt; interdum ſanis hominibus prodeſſe ſatietatem notat *Celſus*, præcipitque, eos, modo in convictu eſſe, modo ab eodem ſe retrahere, modo plus juſto, modo non amplius aſſumere ,, fortaſſe quod lar- ,, gior cibus ſumptus corpus purgat per cruditates, & choleri- ,, cas paſsiones, *Sex. Philoſ. pyrrh. hypoth.* Ideoque haud ſemel in *lib. de diæt.* repletiones ciborum & potuum ad purganda corpora præſcribuntur. Verum nos hodie ad eadem evacuanda edacitati, ac ebrietati præferimus longè tutiora remedia: quique parce, continenter, ſobrieque vivit, ſalubrius vivit. *Non fames.* Ut enim fames opportunè adhibita impura ſanat corpora, humidaque ſiccat, ita ultra modum producta vim debilitandi, occidendique habet, *de vet. med.* Eam porro, qui creſcunt, vix ſuſtinent; quique ſunt piarocholi * *ta anoo* * id eſt, quorum ventriculus ſuccis ſcatet acribus. Hi quippè ea preſsi vomunt,

V. Spontaneæ laſsitudines morbos prænunciant.

VI. Quicumque dolentes parte aliqua corporis omninò dolorem non ſentiunt, his mens ægrotat.

VII.

---

munt, torquentur, animo deficiunt, nervorumque diſtentione capiuntur. Hyſtericarum virginum, mulierumque inediam nonnullæ diutiſsimè ferunt. *Uxor mea dulciſsima, antequam mihi nuberet, uteri, nervorumque morbis affecta vehementibus, dies egit duo & viginti prorſus ſine cibo, & potu, nihilo tamen minus ſatis alacris. Duodecim mille tulerat dies anno præcedenti.*

Nec aliud. Siquidem alibi ſcripſerat: *Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia mediocria* eſſe debent. Adde & cetera, ut aerem, quietem, vigiliam, excretionem, & retentionem excrementorum, animique affectus, *ex Holler.*

V. *Spontaneæ.* „ Quia abſque motu & calore, vel ulla alia „ occaſione externa oriuntur. „ *Mercurial.* *Laſsitudines.* „ Ut ſæpius videmus nonnullos genua habere quaſi fatigata, „ grave univerſum corpus, & membra gravia, ita ut præ do„ lore movere non audeant „ *Hollerius.* Id ubi ſine cauſa manifeſta accidit, & aut perſeverat, aut ſæpius revertitur, ut plurimum morbum prænunciat.

VI. *Dolentes.* Qui urgente cauſa doloris, nullo modo dolorem percipiunt, aut longè minus percipiunt, quam deberent. Ut in pleuritide & peripneumonia, ſi dolor magnus repente occultetur, febri, ſiti, tuſsi, reſpirandi difficultate, vigiliiſque permanentibus, aut increſcentibus; ſi in eryſipelate, in oſsium fracturis, in vulneribus, in angina, ceteriſque inflammationibus, præſertim internis, continuo dolor, qui modo vehementius urgebat, ſine ratione, id eſt, ſine criſi, ſineve in aliam partem decubitu, aut ſine ſolutione, vel imminutione morbi, evaneſcat, intereaque febris, corporis jactatio, vigiliæ, æſtus, aliaque prava ſigna perſtent, premantque, vel delirare hominem, vel deliraturum „ ſuſpicari æquum eſt „ Hoc autem ſæ„ pè, id eſt, ferè ſemper ſolet evenire „ *Philotheus.* *Mens ægrotat.* Æger licet ſapienter loquatur, agatque. Non enim modo delirat, qui aliena à ratione facit, aut loquitur, ſed etiam qui dolorem non ſentit, quem ſentire deberet, quique non ſitit cum per febrem exæſtuet; & qui taciturnior, aut loquacior, quam pro conſuetudine, eſt, aut oculos frequentius movet, clauſoſ-

VII. Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet; quæ verò brevi, breviter.

VIII. Si à morbo cibum aſſumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus uti ſignificatur; quod ſi non aſſumenti cibum hoc accidat, ſcire oportet, quod indiget evacuatione.

IX. Corpora cum quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere.

X. *Impura* corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes.

XI. Facilius eſt *refici* potu, quam cibis.

XII.

ſoſve perpetuo habet, quique motibus cietur incompoſitis; aut ſi verecundus, & ſine dolore eſt, tamen flatum cum ſtrepitu emittit. Hi enim omnes paullo poſt ferè ſolent in abſurdos delabi ſermones.

VII. *Longo.* Ut uno menſe, aut pluribus. *Lente.* Id eſt, alimento modico, qualitate mediocriter nutriente, & brevibus intervallis, & ter, aut quater die. *Breviter.* Id eſt, celeriter, pleniuſque in qualitate, copia, & frequentia.

VIII. *Aſſumens.* Benè appetens, & juſta quantitate cibum ſumens. *Non corroboratur.* Scilicet non vires, non alacritatem, non colorem, nec habitum recuperat corporis. *Pluri.* Copioſiore, aut craſsiore ſic, ut concoqui nequeat, atque in corpus digeri univerſum. Modicus ergo, & mediocriter nutriens ei convenit. *Non aſſumenti.* Id eſt, cibum faſtidienti.

IX. *Fluida.* Utebantur ad id veteres cibis humidis, quiete corporis, balneis, fomentis, leni frictione. Cohibebant inſuper alvum, cui pharmaco vomitus movendus erat; eamque ſolvebant, cum per inferiorem ventrem purgandum eſſet. *v. Aph.* 67. VII.

X. *Impura.* Quibus cibi eſt faſtidium, ſitis, oris amarities, atque inſuavitas.

XI. *Potu.* Qui celeri nutritione indigent, iis humidum ad reficiendas vires medicamen optimum. *De aliment.* Nihil porro vino promptius vires inſtaurat, præſertim meraciori, profuſa dejectas alvo, aut nimiis ſudoribus, aut fluxu ſanguinis. Quam primum enim id fauces ſubit ac ſtomachum, ſic ſoli-

XII. Quæ relinquuntur in morbis *poſt judicationem*, recidivas facere conſueverunt.

XIII. Quibuſcumque criſis, id eſt judicatio, fit, his nox gravis ante acceſsionem; quæ verò ſubſequitur, magna ex parte levior exiſtit.

XIV. In profluviis alvi mutationes, excrementorum juvant, niſi ad mala mutatio fiat.

XV.

---

lida harum partium irritat, ut reliqua ceterarum partium momento erigantur: ex quo arteriæ micant fortius, & homo reviviſcere incipit. Jurulenta vero, cum ea ipſa ſolida multo ſegnius irritent, vires quoque longè ſegnius, tardiuſque recreant; quamquam uberius, poſtquam vaſa ſanguinis ingreſſa fuerint, imbecillos nutriant. Quamobrem una quoque ad ea confugere expedit.

XII. *Quæ relinquuntur.* Ut ſi ſitis remanet, inſuavitas oris, cibi faſtidium, vigiliæ, ſomni turbulenti, laſsitudo totius corporis. *Judicationem.* Criſim, *v. Aph. ſeq.*

XIII. *Criſis.* Id eſt, judicatio, quæ ſolutio eſt morbi, duas habet partes: perturbationem, ſeu accidentium maximam vehementiam, & ſucci peccantis evacuationem. *Nox gravis ante acceſsionem.* Nimirum gravis ob criticam perturbationem, quæ tum temporis incidit, primàque criſis pars eſt. *Magna ex parte levior.* Ferè namque levior eſt nox, quæ evacuationem ſucci peccantis ſequitur, aut comitatur. *Acceſsionem.* Paroxiſmum, ſeu criticam perturbationem, quæ evacuationem præcedit humoris morbifici.

XIV. *In profluviis.* Cum in iis, quæ per acutas febres fiunt, tum in ceteris, quæ ſine febre ſunt, aut ei, exiguæ tamen, intermittentique junguntur, ſi excrementorum copia, coloris, compages, modus evacuationis, excretionumque numerus poſt aliquot mutetur dies, bonum eſt, modo ne ad mala tranſitus fiat; ut quum liquida dejectio in perliquidam, craſsiuſcula in liquidam, mediocris in copioſiorem, quæ vires exhauriat, permutatur; aut ubi ex flava fit æruginoſa, ex hac viridis, ex viridi nigra, aut ſi cui alvus cum ſtridore, frequenterque, & ex brevibus intervallis fertur, quæ ante contrario modo ferebatur. *Vid. lib. II. præſag. not. 13. ſeqq.*

XV. Ubi fauces ægrotant, aut tubercula naſcuntur in corpore, excretiones inſpicere oportet. Nam ſi bilioſæ fuerint, corpus una ægrotat; ſi verò ſimiles ſanis, tutum eſt corpus nutrire.

XVI. Ubi fames, laborandum non eſt.

XVII. Ubi cibus præter naturam plus ingeſtus eſt, hic morbum facit; oſtendit autem ſanatio.

XVIII. Eorum, quæ univerſim, & velociter nutriunt, veloces quoque fiunt excretiones.

XIX. Acutorum morborum non omninò ſunt certæ prænuntiationes, aut ſalutis, aut mortis.

XX. Quibus juvenibus adhuc alvus humecta eſt, his ſeneſcentibus exſiccatur: quibus verò juvenibus adhuc alvus ſicca eſt, his ſeneſcentibus humectatur.

XXI.

XV. *Tubercula.* Intellige quæcumque cutis vitia. *Excretiones.* Non alvi modo dejectiones, ſed & urinas, & ſputa in quantitate, qualitate, colore, tempore, & modo quo prodeunt.

XVII. *Plus.* Id eſt, copioſior, quam poſsit ventriculus coquere.

XVIII. *Univerſim, & velociter.* Id eſt, affatim, confertim, celeriter. *Excretiones.* Quæ per alvum, urinas, & inſenſibilem tranſpirationem fiunt. *Holler.*

XIX. *Acutorum.* Acuti morbi ſunt, in quibus continua febri æger exæſtuat, ſititque, & vigilat, aut diuturno gravique ſomno premitur: tum & ii quoque, in quibus febris magna continuaque ex inſigni aliqua viſcerum, membrorumque inflammatione orta eſt. *Non omninò.* Sive cum *Galeno* intelligas: *non ex toto ſunt certæ, non in omnibus morbis, neque in acutis omnibus certæ ſunt*, ſive cum *Celſo* dicas: *in acutis morbis fallaces magis eſſe notas & ſalutis, & mortis*, ſemper ſcite dixeris: & quo diutius acuti morbi exitum ſalutarem, letalemque reticueris, eo ſcitius facies.

XX. *Exſiccatur.* Adde: *plerumque*, annotante *Celſo* his verbis: *quibus juvenibus fluxit alvus, plerumque in ſenectute contrahitur, quibus in adoleſcentia fuit adſtricta, ſæpè in ſenectute ſolvitur* ,, intelligenda hæc ,, inquit *Heurnius* ,, ut ſem-
,, per ſervetur in utraque ætate eadem victus ratio.

XXI. Famem thorexis, id eſt vini *meracioris* potio, ſolvit.

XXII. Quicumque morbi ex repletione fiunt, curat eva-

XXI. *Solvit.* Ut aqua, quæ edax *Hippoc.* dicitur, famem acuit, ſic hanc eandem vinum levat, minuitve. Habet enim & hanc ſignificationem verbum * *lyei* * *ſolvit.* Perperam igitur de fame canina locutum plerique arbitrantur *Hippocratem.* Nec modo ad famem reprimendam vinum valet, ſed interdum quoque ad vomitum, volvulumque ſedandum. *Nob. mulieri ſeptuagenariæ cholera affectæ protrahebatur morbus ad dies 20. Febris, ſitis, æſtus aderat cum extremorum perfrigeratione. Difficilis erat ſpiritus, pulſus imbecillus, vomitus frequens, quo iis, quæ deſcenderant, præter fætorem prorſus ſimilia excludebantur. Morbus remediis exaſperabatur. Vinum merum frequenter avideque, citra ſatietatem tamen, epotum intra paucos dies vomitum, febremque diſpulit. Eodemque ipſo ad ſatietatem, cum avidiſsimè appeteretur, dato, uxor ſanabatur Fabri Ferrarii annum agens tertium ſupra trigeſimum, tentata volvulo. Primis quidem vicibus vinum evomuit una cum ſtercore, deinde retinuit, alvuſque ſeptem dies adſtricta cum eſſet, ſolvebatur, vomitus deſiit, ſenſimque etiam tumor, dolorque ventris evanuit cum febre, ſitique.*

XXII. *Repletione.* Sive nimia ſit ciborum potuumque repletio, ſive ſanguinis, aliorumque humorum redundantia in vaſis.

Evacuatio. Quæ fit vomitibus, dejectionibus, ſputis, ſudoribus, urinis, halitu per cutis ſpiracula, ſanguinis profuſione è naribus, hæmorrhoidibus, utero, ejuſdemque detractione per venas, perque cucurbitulas. *Repletio.* Si quis ob laborem dolet, aut ob jejunium animo linquitur, vertigineque tentatur ac vigilia, ſi ob nimiam ſanguinis eruptionem malè cibos coquit, iique crudi deſcendunt, aut pedes tument, & decolor eſt, aut capitis dolore cruciatur: quiete ei, alimentiſque opus eſt, quibus reficiatur, recreeturque, ſanguiſque reſtituatur amiſſus. Corpus namque præter cetera „ implet quies, ſomnus, „ animi ſecuritas, frequentior cibus, & quantum pleniſsimè „ poteſt digerere „ *Celſus.* *& aliorum contrarietas.* His docemur, contrariis curanda contraria eſſe, v. g. calida refrigerari, frigida calefieri, diſtenta ſolvi, ſoluta diſtendi, aliaque hujus generis.

evacuatio ; & quicumque ex evacuatione , repletio ; & aliorum contrarietas.

XXIII. Acuti morbi in quatuordecim diebus judicantur.

XXIV. Septenorum quartus eſt index. Alterius ſeptimanæ octavus principium. Eſt autem & undecimus contemplabilis ; ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ. Rurſus verò & decimus ſeptimus contemplabilis; ipſe ſiquidem quartus eſt à quarto decimo, ſeptimus verò ab undecimo.

XXV. Æſtivæ quartanæ magna ex parte breves; autumnales longè , & maximè , quæ hiemem attingunt.

XXVI. Febrem convulſioni ſupervenire melius eſt, quam febri convulſionem.

C XXVII.

XXIII. *Acuti morbi.* Ii potiſsimum , qui à bile excitantur, regione calida , ætate , & anni tempora calidis ; & qui pleno curſu , nec intermiſſo , aut impedito à victu , vel medicamento , vel alia ratione ad judicium properant. *Liebautius.* *Judicantur.* Id eſt , criſim habent ſic , ut aut ex toto deſinant, aut occidant , aut ad melius , aut deterius procedant , aut in alium morbum tranſeant. Hæc enim in criſi fiunt.

XXIV. *Septenorum.* Dies ſeptenarii ſunt propriè critici , ut dies 7. 14. 20. 27. 34. 40. Dies quartanarii, ut 4. 11. 17. ſunt indices , quippè qui indicant , quid futurum ſit diebus ſeptenariis. Dies verò intermedii , ut 3. 5. 9. 12. 18. 21. finiunt ſæpè criſim inchoatam die critico. Hic ſermo eſt de indicibus 4. 11. 17.

XXV. *Quartanæ.* Quartana febris eſt omnium longiſsima, ſecuriſsima , & à morbis magnis liberat , *Hipp.* Quocirca ſæpius à ſolſtitio ad æquinoctium , vel ab uno ſolſtitio durat ad alterum , interdum quoque ad plura extenditur. Vetus raro, niſi vere , ſolvitur. Vernalis , & æſtiva ferè brevior autumnali , & hyberna. Hæc in morbos acutos facilè tranſit. Si cum labe viſcerum incidat , ſi phthiſi opportuna corpora occupet, metum incutit , itemque ſi quotidiana fiat. Quæ variat ordinem, citius decedit.

XXVI. *Convulſioni.* Hæc eſt univerſi corporis , uniuſque, aut

XXVII. His, qui non ex ratione levius ſe habent, non oportet fidere, neque multum formidare mala, quæ præter rationem eveniunt, plurima enim talia ſtabilia non ſunt, neque multum durare, & permanere conſueverunt.

XXVIII.

---

aut plurium ejus partium modo contenſio, modo contractio, modo concuſsio, morbo, non voluntate, orta. *Melius eſt.* Coac. legimus: *Convulſiones repentinas ſolvit febris.* Notandum tamen, non ſemper febri convulſionem ſolvi. Certè convulſionem ex vulnere, fractura, combuſtione, ulcere, ex profluvio ſanguinis, ex immodica dejectione, ex nimio vomitu, febris non tollit. Quæ igitur febri convulſio non ſolvitur, quacumque ex cauſa eadem oriatur, periculum infert. Febris porro, ut convulſionem pellat, nec ita debilis eſſe debet, ut nihil aut parum efficiat, nec ita fortis, ut vires exſolvat, aut inflammationem creet. *De convulſ. vid. Aph.* 57. IV. & 39. VI. *Febri.* Quæ ſit acuta cum ſiti, æſtu, vigiliis, doloribus, ſimilibuſque aliis ſignis gravibus. Hac in febre orta convulſio, præſertim morbo prægreſſo, perquam periculoſa eſt, ſive corpus afficiat univerſum, ſive tantum partem. Metum minuit ætas puerilis, *coac.* 4. *ſect.* 2. *tex.* 31. & febris non acuta; quamquam & cum hac ipſa timendæ ſint convulſiones poſt partum, abortumque, maximeque ſi vocis interceptio, aut artuum accedat paralyſis.

XXVII. *Non ex ratione.* Si quis in acuto morbo minus febriat, aut minus doleat, minus jactetur, deliret, vigilet, difficulterque reſpiret minus; idque ſine ratione ei accidat, id eſt, nulla præcedente criſi ſudoris, dejectionis, urinarum, vomitionum, fluxus ſanguinis, humoriſve ad externas partes decubitus; aut ſi ſecuta criſis eſt, tamen ſignis coctionis in urinis, *præſag. II. n.* 26. *ſeq.* præmonſtrata non fuit, fidendum non eſt: nam horum plurima incerta ſunt, nec admodum perſeverare conſueverunt. Iccirco *coac.* ſcribitur: *qui levantur ſine ſignis, & cum bonis non remittunt, morbi difficiles ſunt.* Sine ſignis autem levari, idem eſt ac ſine ratione, ſine evacuatione levari; cum bonis non remitti ſignificat, morbum evacuatione orta non minui. Difficilem porro morbum eſſe, nihil aliud eſt, niſi aut periculoſum eſſe morbum, aut longum, aut ſæ-

XXVIII. Febricitantium non omninò leviter, permanere corpus, & nihil minui; vel etiam plus quam ratio poſtulat, contabeſcere, malum. *Illud* enim morbi longitudinem, hoc vero *ægri* imbecillitatem ſignificat.

XXIX. Quum morbi inchoant, ſi quid movendum videtur, move; quum verò conſiſtunt, ac vigent, melius eſt quietem habere.

XXX.

ſæpè recidivantem, ſeu recrudeſcentem. Quod ſanè indicat percelebre illud *Hipp.* monitum: *Decretoria non decernentia, partim lethalia, partim difficilis judicationis febres ſignificant.* Decretoriorum enim non decernentium nomine evacuationes veniunt morbum non tollentes, nec minuentes, quippeque ſignis concoctionis prænunciatæ non fuerint. *Neque multum.* Mala per morbos evenientia utique formidare oportet, non tamen admodum, ſi præter rationem eveniant: cum horum quoque plurima ſtabilia non ſint, neque multum durare ſoleant. Sic nec vehementer formidabis vigiliam, quæ à longo ſomno diutius inſideat, neque longum ſomnum, qui poſt nocturnas vigilias irrepat plures; cum eo tamen ut ſcias, interdum accidere, notante *Heurnio* (quod ipſe quoque noviſsimè vidi in perilluſtri muliere puellam enixa) *ut pertinaces vigiliæ per febres acutas in ſoporem calamitoſum commigrent.* Sic neque multum verebere mala, quæ externa cauſa parit, aut plenior cibus potuſve facit, nec quæ criſim præcedunt. II. *Aph.* 13. coctionis ſignis indicatam, nam inutili evacuato humore ferè ſolent miteſcere.

XXVIII. *Permanere.* Nihil ægrum à ſtatu ſuo immutari in corporis mole. *Vel etiam plus.* Id eſt, ſi plus amittat craſsitiei, quam pro cauſa febris, evacuationum, & longitudinis morbi.

XXIX. *Inchoant.* Si quid tibi videtur expurgandum, ſive ex humorum turgentia, *Aph.* 22. I. ſive ex ingluvie, ſive ex oris amaritie, faſtidio, adſtrictione alvi, pravis ructibus; id aut forti, aut leni pharmaco, pro ut virium, morbique ratio poſtulat, per initia facito, ſive per id temporis, quo nulla coctio in excrementis apparet, neque febris increvit ſic, ut purgationem prohibeat. *Conſiſtunt, ac vigent.* Id eſt, quum acuti morbi, nam de his eſt ſermo, maximam adepti ſunt vehe-

XXX. Circa initia, & fines *morborum*, omnia imbecilliora; quum vero conſiſtunt, fortiora.

XXXI. Ejus, qui ex ægritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum.

XXXII. Omnes ferè, qui malè ſe habent, circa initia bene cibati, nec quidquam proficientes, circa finem rurſus cibum non appetunt: qui vero circa initia cibum prorſus non appetunt, poſtea benè appetentes, ii melius evadunt.

XXXIII. In quovis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad ea, quæ offeruntur, bonum: contra vero ſe habere, malum.

XXXIV.

---

hementiam, medicum expedit quietem agere. Quamobrem, ni fallor, memini, me Fran. *Valleſium* legiſſe dicentem: malle ſe ab indocto curari Medico, qui ſciat in morbis quieſcere, quam à docto, qui neſciat. Ac profecto ſi per id temporis, quo maximè natura ſtudet coctioni, ægrotantem exhaurias iteratis ſanguinis miſsionibus, remediiſque alvum cientibus; & potu ultra ſatietatem dato aſsiduè fatiges, clyſteribuſque ſingulo die, interdum etiam bis die urgeas, criſim ne, aut qualem criſim ſperare licebit?

XXX. *Initia.* Accidentia morbi mitiora ſunt per initia, niſi morbus per initia vigorem acquirat, *Aph.* 10. I. *Conſiſtunt.* Id eſt, cum morbi ad vigorem, ſtatumque, ſeu ad maximam vehementiam pervenerint.

XXXI. *Nihil proficere.* Neque corporis craſsitiem, neque vires, neque colorem acquirendo. *v. Aph.* 8. II.

XXXII. *Omnes ferè.* Id eſt, ferè qui per initia morbi, aut convaleſcentiæ appetentes abundè comedunt; nec quicquam proficiunt, circa finem rurſus cibum averſantur: qui verò per initia cibum vehementer faſtidiunt, poſtea autem benè appetunt, ii melius evadunt; quoniam citius à morbo liberantur, & minus recidivare ſolent.

XXXIII. *Mente conſtare.* Mente conſtat, qui nec abſurda loquitur, nec motus habet incompoſitos, nec mutatis eſt moribus & ingenio; & ſi qua parte laborat, dolorem aut noxam ſentit. *Bene ſe habere.* Cibum, potum, & remedia facilè & alacriter ſumere.

XXXIV. In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quam quibus ſecundum nihil iſtorum congruit.

XXXV. In quovis morbo partes ad umbilicum, & imum ventrem attinentes craſsitudinem habere melius eſt; multum verò extenuari, ac contabeſcere, pravum. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes, periculoſum.

XXXVI. Qui ſalubritatem corporis habent, per medicamenta evacuati cito exolvuntur, & qui pravo utuntur cibo.

XXXVII. Qui bene ſe habent corpore, difficulter ferunt *purgationes*.

XXXVIII.

XXXIV. *Magis congruit.* Sic familiares ſunt juvenibus febres acutæ, viris melancholici morbi, pueris epilepſiæ, pleuritides hiemi, tertianæ febres æſtati, quartanæ autumno.

XXXV. *Craſsitudinem.* Intellige moderatam craſsitiem. *Inferiores purgationes.* Hujuſmodi extenuatio infernas prohibet purgationes: quia inde alvi fluxus timetur, qui talibus perniciosus eſſe conſuevit. *Martianus.*

XXXVI. *Salubritatem.* Rectius *nimiam craſsitudinem* expoſuerim auctoritate permotus *Hipp.* Ut enim *Aph.* 3. I. * *euexiai epi hacron* * non *ſalubritates*, neque *ſanitates ad ſummum evectæ* quis ſcite verterit, ſed *plenitudines*, aut *craſsitudines ſummæ corporis*, ſic hic loci * *hygieinoos echontes ta ſoomata* * tùm etiam ſequenti aphoriſmo * *eu ta ſoomata echontes* * minus rectè exponitur: *ſana habentes corpora*, ſeu *qui bene ſe habent corpore*: ſed, *qui ſunt valde craſsi*, quique alibi dicuntur * *oi pachees ſphodra.* * Confirmatur hæc mea verſio *lib. de dentit.* ubi corpulentiores pueros inter dentiendum convulſionibus facilius tentari legimus: & *lib. de loc. in hom.* ubi non ante purgandum eſſe ſcribitur plenum, tenſumque corpus, quam laxatum, mollitumque fuerit. *Exolvuntur.* Id eſt, animo deficiunt. *v. Aph.* 41.

XXXVII. *Purgationes.* Eas præſertim intellige, quæ fiunt purgantibus fortioribus, cujuſmodi apud antiquos erat elleborus, peplium, ſcammonium, & id genus alia.

XXXVIII. Parum deterior potus, aut cibus, ſuavior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuavibus eſt præferendus.

XXXIX. Seniores juvenibus, *ut* plurimum ægrotant, minus; qui verò morbi ipſis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.

XL. Raucedines, & gravedines in valde ſenibus coctionem non admittunt.

XLI. Qui frequenter, ac fortiter abſque cauſa manifeſta exſolvuntur, de repente moriuntur.

XLII. Solvere *apoplexiam* fortem, impoſsibile *eſt*; debilem verò non facilè.

XLIII.

XXXVIII. *Præferendus.* Præſertim ubi eſt dejecta appetentia: quin imò ſi æger cibi genus omne refugiat, & evomat, deterrima quoque concedi ſemel, aut iterum debent ad vires ſervandas: ſæpè enim evenit, ut ex malo illo cibo aſſumpto, at expetito, natura inſtauretur, & morbus omninò quaſi conclamatus ſuperetur. *Septal. caut.*

XXXIX. *Seniores.* Hic ſenes intellige, in quacumque ſenectutis parte ſint conſtituti. *Longi.* Hujuſmodi ſunt articulorum dolores, urinæ difficultates, ſtillicidia, catarrhi, lippitudines, &c.

XL. *Gravedines.* Per quas in nares humor diſtillat; ex his pituita profluit, caput dolet, gravitas percipitur, & ſternutamenta frequenter incidunt. *Coctionem non admittunt.* Id eſt, non ſanantur, niſi perraro, maximè ſi contumax fuerit morbus, nec à ſole, aere, laboreve genitus.

XLI. *Exſolvuntur.* Exſolutio eſt, in qua ægri languent, pulſus deficit, & procedente malo nec moventur, nec ſentiunt. Ut hæc occidat repente, debet eſſe vehemens, frequens, ſine cauſa manifeſta, non orta vitio ſtomachi, aut uteri, ſed cordi primitus inhæreſcens, crebraque cum cordis palpitatione accedens. *v. Lommium in obſ.*

XLII. *Fortem.* In qua æger amiſſo ſenſu, & motu ſtertit difficillimè reſpirans. A ſpirandi anguſtia ſudor prorruptus mortem ſubeſſe oſtendit. *v.* 4. *coac.* Sed etiam ſi ſenſus remaneat, & aliqualis motus, dummodo ſtertor adſit, aut reſpira-

XLIII. Strangulati, & diſſoluti, nondum *tamen* mortui, non referuntur, quibus ſpuma circa os fuerit.

XLIV. Qui natura admodum craſsi ſunt, citius intereunt, quam qui graciles.

XLV.

---

ratio difficilis, inæqualis, aut intercepta, intermittenſque; aut ſine his ſopor, & profundus ſomnus ingruat, cum ſaliva ex ore exſtillante, & prohibita, aut admodum impedita deglutitione; fortis nihilominus erit apoplexia, nulla ferè medicabilis arte. Quorum alii eodem die pereunt, alii tertio, quartove, alii ſeptimo cum lenta plerumque febri. *Debilem.* Quæ longè minus reſpirationem lædit, minus deglutitionem prohibet, minus vocem depravat, nec ſimilem ſudorem, ſomnum, atque oſcitationem movet, nec internos, externoſque ſenſus ſimiliter tollit; &, ut brevibus dicam, mitiora accidentia invehit. *Non facile.* Eorum ſunt, qui ſpiritum difficulter trahentes, ſæpius etiam vomentes, alimenta reſpuentes, oſcitantes, ſopore affecti, voce privati, ſenſibus carentes, ſecunda tamen die, niſi paullo poſt, ſic videntur relevari, ut brevi evaſuros putes; cum interim paucis poſt diebus, febri licet corripiantur, intereant, alii quidem ſenſim aucto morbo, alii affatim recrudeſcente. Sunt etiam, qui ex leviſsima apoplexia, ſcilicet ex ſola oris diſtorſione, vociſque depravatione ſenſim in fortem apoplexiam delabuntur. Iccirco caute præſagiendum. Ceterum etſi ſanetur morbus, reverti tamen ſolet in ſenibus intra triennium, ſæpeque poſt annum. Ejuſdemque reditum non raro præcedit oblivio, ſomnolentia, vertigo, auriumque tinnitus. Interdum quoque non voluntaria mictio, membrorum ſtupor, tremorve, vocis læſio, dolores artuum, aut capitis anteire conſueverunt.

XLIII. *Strangulati.* Quibus collum laqueo interceptum eſt. *Et diſſoluti.* Qui per vim ſtrangulationis neque moventur, neque ſentiunt. *Hollerius. Celſus* vertit: qui ex ſuſpendio detractus eſt. *Cornarius dolabell. in Æginet. lib. 3. cap.* 27. putat legendum **Cataduomenoon** aphoriſmumque ſic vertit: qui ſtrangulantur, & ſubmerguntur, nondum autem mortui ſunt, &c. *Non referuntur.* Id eſt, ad vitam non redeunt; *aut, niſi rariſsimè,* teſtante *Galeno.*

XLIV. *Natura.* Qui primigenia conformatione, non autem

à

XLV. Quicumque juvenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ætatis, & temporum, & locorum, & victuum quoque liberantur.

XLVI. Duobus doloribus ſimul, *non tamen* eundem locum, infeſtantibus, vehementior alterum obſcurat.

XLVII. Dum pus conficitur, dolores, ac febres accidunt magis, quam jam confecto.

XLVIII. In omni corporis motu, ubi laborare cœperit, quies ſtatim laſsitudinem aufert.

IL. Qui conſueti *ſunt* ſolitos labores ferre, etſi fuerint imbecilles, & ſenes, non conſuetis fortibus, atque juvenibus facilius ferunt.

L.

à victus ratione obeſi ſunt, vaſis anguſtis, corpore craſſo, ſed parvo, oſsibus parvis, cervice brevi, craſſaque, habitu corporis vix perſpirabili.

XLV. *Comitiali*. Epilepſia; qua ſæpè liberantur pueri, & puberes cum adoleſcunt, & aſperiorem vocem edere incipiunt, ſcilicet aut anno evadunt 14. aut 18. aut 20. aut 25. Fœminæ verò, ubi primum menſes fluunt, niſi morbus ab organico cerebri vitio ortum traxerit. Solvitur etiam febre interdum acuta, interdum intermittente, ac potiſsimum quartana. Cutis quoque vitiis quandoque diſcutitur, ſanguinis profluvio de naribus, hæmorrhoidum fluxu, conceptione, partu, nonnumquam etiam terrore. Sed morbus reſiſtit hereditarius, eſſentialis, ac congenitus, quem non vitioſus humor parit, ſed depravata ſtructura fibrarum cerebri, nervorumque.

XLVI. *Simul*. Senſus eſt, ſi duo dolores ſimul, id eſt, eodem tempore diverſas corporis partes, vel eandem, *ut Oribaſius legit* (quæ tamen, *addit Hollerius*) latitudinem habeat, occupent, vehementior minus vehementem obſcurat.

XLVII. *Dolores*. Cum in materia lenta & pituitoſa particulæ ſulphureæ, ipſaque effervescentia deſideratur, vel leviſſima reperitur; nullo pariter modo, vel leviſsimè tantum dolor, & febris occupat; tum verò mediocriter vexat uterque, cum materia mediam naturam induerit inter ſubſtantias expoſitas. *v. Genga.*

L. Quæ ex longo tempore conſueta ſunt, etſi deteriora ſunt, inſuetis minus moleſtare ſolent. Oportet igitur *quoque* ad inſueta permutari.

LI. Plurimum, atque repente evacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, ſive quovis alio modo corpus movere, periculoſum; quoniam omne *nimium* eſt naturæ inimicum. Sed quod paulatim fit, tutum eſt, tùm alias, tùm quum ab altero ad alterum tranſitus fit.

LII. Omnia ſecundum rationem facienti, ſi non *ſuccedant* ſecundum rationem, non eſt tranſeundum ad aliud; ſtante eo, quod à principio viſum eſt.

LIII. Quicumque alvos humidas habent, ſiquidem juvenes fuerint, melius *degunt* his, qui ſiccas habent. Ad ſenectam verò deterius *degunt*; nam ſeneſcentibus magna ex parte *exſiccantur.*

D LIV.

L. *Ad inſueta permutari.* Aliquando ad inſueta tranſire oportet, ne, ſi quando ad inſueta tranſire cogimur, vehementer lædamur. At *Heurnius* legit * *ſinethea* * *conſueta*, ex antiq. exempl. Rom. ideoque conſuetorum uſum laudat.

LI. *Evacuare.* Sive purgatione, ſive miſsione ſanguinis, ſive elicitis ſudoribus, ſive abſtinentia, ſive ſecta parte, unde plurimum puris, ut in ſuppuratis, aut aquæ, ut in hydropicis, effluat.

LII. *Secundum rationem.* Explorata optimè natura morbi, & ejuſdem cauſis. *Non eſt tranſeundum ad aliud.* Adde: ſtatim, *ex Oribaſio*, nam tunc magis læditur ægrotus. Ut ſi credis, remedia profutura adſtringentia, aut incraſſantia, nec tamen proſint adhibita, non debes continuo ad relaxantia, aut attenuantia tranſire, ſi manet adhuc adſtringendi, aut incraſſandi neceſsitas. Quod ſi hæc permutetur, erunt quoque commutanda præſidia.

LIII. *Alvos humidas.* Id eſt, dejectiones alvi frequentes, & molles. *Melius degunt.* Quia minora congerendo excrementa plures morbos effugiunt. *v. de aer. aqu. & loc.* *Deterius degunt.* Quia cum fere ſenibus exſiccetur alvus, facile inde febres, capitis gravitas, renum, veſicæ, & artuum morbi naſcuntur. *vid. l. c. & Iacot. comm. 1. lib. 7. coac.*

LIV. *Proceritas* corporis juventæ quidem, nec indecens, neque illiberalis: ſenectæ vero inutilis, & deterior *brevitate*.

LIV. *Inutilis*. Nam proceri ſenes, præſertim ſi tenues etiam fuerint, incurvantur: „ obliquatur enim ſpina, & præ ſene„ ctute, & doloribus; nam hæc colligandi vim habent“. *De articul.*

APHORISMORUM HIPPOCRATIS

SECTIO III.

I. MUtationes temporum potiſsimum pariunt morbos, & in quibuſdam temporibus magnæ mutationes aut frigoris, aut caloris; & alia pro ratione eodem modo.

II. Naturarum, hæ quidem ad æſtatem, hæ verò ad hiemem benè, malevè ſe habent.

III. Morbi quoque alii ad alia benè, malevè ſe habent; & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera.

IV. In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

V.

I. *Mutationes temporum*. Id eſt, ſucceſsiones naturales partium anni. *Pariunt morbos*. Id aer efficit; cui per omnes corporis poros continuus, faciliſque patet ingreſſus, & egreſſus. *Keil. ſtatic.*

II. *Hæ quidem*. Nam & natura à natura, & ætas ab ætate valde differt. *De fract.*

III. *Ad alia*. Videlicet ad anni tempora, regiones, &c. *Ætates*. Ob id, inquit *Celſus*, inimica ſenibus hiems, æſtas adoleſcentibus eſt.

V. Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput gravantes, pigri, diſſolventes. Quando hujuſcemodi tempeſtas prævaluerit, talia in morbis patiuntur. At ſi aquilonia fuerit, tuſſes, *faucium aſperitates*, alvi duræ, difficultates, urinæ horrores, *laterum* dolores, & pectoris *fiunt*. Quando hæc tempeſtas prævaluerit, talia in morbis expectare oportet.

VI. Quando æſtas fit veri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare oportet.

VII. In ſiccitatibus febres acutæ fiunt: & ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit conſtitutionem, tales plurimum morbos oportet expectare.

VIII. In conſtantibus temporibus, quum tempeſtive tempeſtiva redduntur, morbi conſtantes, & boni judicii fiunt: in inconſtantibus autem inconſtantes, & mali judicii.

IX. Autumno morbi acutiſsimi, atque exitiales maxima ex parte. Ver vero ſaluberrimum, & minime exitiale.

X. Autumnus tabidis malus.

XI.

V. *Auſtri*. Si diutius ſpiraverint, & remiſsius, tum namque ſunt calidi, & humidi, & hos morbos pariunt: minus vero; quod tamen rarum; ſi ineunte vere frigidi hi venti violentius perflent. *Difficultates. v. aph.* 31.

VI. *Sudores*. Intellige criticos, hoc eſt, qui fiunt diebus criticis, non modo in febribus, ſed etiam in aliis morbis, qui ſudore finiuntur.

VII. *Siccitatibus*. Rectius, *ſqualloribus*: nam * *auchmos* * proprie ſiccitatem ex ingenti æſtu ſignificat.

VIII. *Conſtantibus*. Id eſt, moderatis, bene conſtitutis, in quibus & pluviæ, & venti, & ſerenitates viciſsim fiunt. *Conſtantes*. Id eſt, malignitatis, & inæqualitatis expertes. *Boni judicii*. Qui ſalubrem criſim, & ſine recidiva ſubeunt.

X. *Tabidis*. Tam iis, quibus pulmo exulceratus eſt, quam iis, qui quomodocunque extrema ſunt macie confecti, aut diuturnis malis fatigati.

XI. De temporibus, ſiquidem hiems ſicca, & aquilonia fuerit, ver vero pluvioſum, & auſtrale; neceſſe eſt æſtate febres acutas, & *ophtalmias*, & *dyſenterias fieri*; præcipue vero mulieribus, & viris, qui natura ſunt humidiores.

XII. Si vero hiems auſtralis, & pluvioſa, & ſerena fuerit, ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres, quibus partus ad ver ineſt, ex quacunque occaſione abortiunt. Quæ vero pariunt, imbecilles, & morbidos infantes pariunt: quare, vel ſtatim intereunt, vel tenues, & valetudinarii vivunt. Ceteris vero mortalibus *dyſenteriæ*, & *ophthalmiæ* ſiccæ fiunt. *Senibus* autem deſtillationes, quæ cito interiment.

XIII. Si vero æſtas ſicca fuerit, & aquilonia, autumnus vero pluvioſus, & auſtralis, dolores capitis ad hiemem fiunt, & tuſſes, raucedines, atque gravedines; quibuſdam autem & tabes.

XIV. Si vero aquilonius *ſit*, & ſiccus, his qui naturam habent humidiorem, & mulieribus, conferet; re-

XI. *Ophthalmios.* Inflammationes ſunt albæ oculorum tunicæ cum humiditate conjunctæ. *Dyſenteriæ.* Exulcerationes inteſtinorum dejectiones ramentoſas, cruentas, & dolorificas inferentes.

XII. *Dyſenteriæ. v. aph.* 11. *Ophthalmiæ. v. aph. præc. Siccæ.* Ita dictæ, vel quod nihil excernatur *ex oculis*, vel quod humor effluant, paucus, acer, nitroſus. B*allon. definit. Senibus. Galenus*, & *Septalius* legunt, *valde* ſenibus, addita voce * *agan*, * *valde. Deſtillationes.* * *catarroi*, * *catarrhi.* Fortaſſe hac voce pro apoplexia eſt uſus *Hippocrat*: nam *de aer. aqu. & loc.* legitur: „ valde autem ſenibus catarrhi . . . . ita ut „ repente aliqui *læſa mente* pereant, alii vero reſoluti" id eſt *paralytici* „ dextra, aut ſiniſtra parte fiant".

XIII. *Gravedines. v. aph.* 40. II. *Tabes.* Potiſsimum illæ, quæ pulmonum exulcerationem ſequuntur.

XIV. *Ophthalmiæ ſiccæ. v. aph.* 11. *&* 12. *Gravedines.* Mendum hic ſubeſt: male enim legitur * *coryzai*, * *gravedines*, pro * *chronioi*, * hoc eſt, *longæ* febres, ut ſcriptum eſt *lib. de aer. aqu. & loc. Atræ biles. v. aphor.* 20.

reliquis autem erunt *ophthalmiæ* ſiccæ, & febres acutæ, & gravedines, nonnullis vero & atræ biles.

XV. Ex anni autem conſtitutionibus, quod in totum dixerim, ſiccitates imbribus ſunt ſalubrioribus, & minus mortiferæ.

XVI. Morbi in pluviarum multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alvi profluvia, putredines, morbi comitiales, *apoplexiæ*, & anginæ. In *ſqualoribus* autem *morbi tabifici*, *ophthalmiæ*, articulorum dolores, ſtillicidia urinæ, & dyſenteriæ.

XVII. Quotidianæ autem conſtitutiones, aquiloniæ quidem corpora denſant, contendunt, & bene mobilia, coloratiora, melius audientia faciunt, alvos exſiccant, oculos mordent, &, ſi pectus dolor aliquis obſederit, dolorem augent. Auſtrinæ diſſolvunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, *caput* aggravant, vertigines faciunt, oculis, atque corporibus difficilem motum præſtant, & alvos humectant.

XVIII. Per tempora anni, vere quidem, & prima æſtate pueri, & qui hos ſequuntur ætate, optime degunt, & ſani ſunt maxime. Æſtate vero, & autumno uſque ad aliquid ſenes: *reliquo autumno*, & hieme qui mediam ætatem habent.

XIX. Morbi omnes quidem in omnibus *anni* temporibus fiunt; quidam vero magis in quibuſdam ipſorum, & fiunt, & *exacerbantur*.

XX.

XV. *Siccitates. Serenitates* vertit *Celſus*, quum inquit: „ ſaluberrimi ſunt ſereni dies: meliores pluvii, quam tantum „ nebuloſi, nubilive“.

XVI. *Putredines.* Ulcera putrida, malique moris puſtulæ, & alii tumores. *Morbi tabifici.* Tabes, phthiſes: quæ proprie extenuetiones ſunt coporis ab ulcere pulmonum; improprie vero ſine eo. B*allonius lib. cit.* putat legendum * *phthinoodees ophthalmiai*, * ut non *morbi tabifici*, & *ophthalmiæ*, ſed *tabidæ ophthalmiæ*, ſeu oculorum conſumptiones in ſqualloribus oriantur. De ophthalmia *v. aph.* 11.

XVII. *Auſtrinæ. v. aph.* 5.

XX. Vere etenim furores, & *melancholiæ*, & morbi comitiales, & profluvia ſanguinis, & anginæ, & gravedines, & raucedines, & lepræ, & tuſſes, & impetigines, & vitiligines, & puſtulæ ulceroſæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores.

XXI. Æſtate autem nonnulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ, & quartanæ, & vomitus, & alvi profluvia, & *ophthalmiæ*, & aurium dolores, & oris ulcerationes, genitalium putredines, & *ſudationes.*

XXII. Autumno vero, & plurimi vel æſtivi morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, *hydropes*, & tabes, & ſtillicidia urinæ, & *dyſenteriæ*, & *lienteriæ*, & coxendicum dolores, & anginæ, & *aſthmata*, ilei, morbi comitiales, furores, *melancholiæ.*

XXIII. Hieme vero *pleuritides*, & *peripneumoniæ*, *lethargi*, gravedines, raucedines, tuſſes, dolores pectoris, & laterum, atque lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ.

XXIV.

XX. *Melancholiæ.* Deſipientiæ ſunt ſine febre cum timore, & mæſtitia. *Comitiales.* Quos epilepſiam quoque appollant, morbum caducum, lunaticum, ſacrum. *Gravedines. v. aph.* 40. II. *Impetigines.* Summæ ſunt cutis aſperitates cum leni pruritu: increſcens vero morbus fœdo furfure, non ſquamis quaſi piſcium, ut lepra; totum fere corpus occupat. *Vitiligines.* Vitioſæ & fœdæ cutis maculæ ſine manifeſta aſperitate, coloris modo albidi, modo fuſci.

XXI. *Ophthalmiæ. v. aph.* 11. *Sudationes.* Puſtulæ quædam ſunt genitalium partium, ſummam cutem occupantes, & exulcerantes.

XXII. *Lienes.* Id eſt, lienis obſtructiones, tumores, inflammationes. *Tabes. v. aph.* 17. *Dyſenteriæ. v. aph.* 11. *Lienteriæ.* Quum cibi crudi, nulloque modo immutati deſcendunt. *Aſthmata.* Id eſt, frequens & difficilis ſine febre reſpiratio. *Ilei.* Volvulus. *v. aph.*44. VI. *Melancholiæ. v. aph.*20.

XXIII. *Pleuritides.* Morbus eſt, quo membrana coſtas veſtiens, pleura dicta, inflammatur. Ital. *punta* nominatur.

Pe-

XXIV. In ætatibus autem talia contingunt; parvis, & nuper natis puerulis oris ulcera, quæ aphthæ vocantur, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pavores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

XXV. In progreſſu vero, quum jam dentire incipiunt, gingivarum prurigines, febres, convulſiones, alvi profluvia, & maxime quum caninos edunt dentes, & his præſertim pueris, qui craſsiſsimi ſunt, & alvos duras habent.

XXVI. Quum vero jam magis adoleverint, *inflammationes tonſillarum*, & *vertebrarum*, quæ in occipitio ſunt, *luxationes* ad interiora, aſthmata, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ *penſiles*, *ſatyriaſmi*, ſtrumæ, & alia tubercula; ſed præcipue antedicta.

XXVII.

Peripneumoniæ. Pulmonum inflammationes. *Lethargi.* Inexplebilis dormiendi neceſsitas cum febre lenta, oblivione, ignavia, & ſtupiditate in lethargo eſt. *Gravedines. v. aph.* 13.

XXIV. *Pavores.* Concuſsiones totius corporis, aut partium, iis ſimiles, quæ repentino timore excitantur.

XXV. *Caninos.* Dentes, qui à baſi lata ac rotunda in acutiſsimum mucronem deſinunt. Inter inciſorios, & molares ſiti ſunt, utrinque duo ſurſum, deorſumque. *Craſsiſsimi.* Quod facilius contrahantur horum fibræ nimio humore diſtentæ, maximeque ſi adſtricta ſit alvus.

XXVI. *Vertebrarum.* Rachitidem fortaſſe videtur innuere *Hipp.* quæ ſpinæ diſtorſionem, & ſpirandi difficultatem infert. *Aſcarides.* Tenues quidam lumbrici, vermibus aſsimiles, qui in parte potiſsimum inferiore inteſtini recti conſiſtunt, vehementem pruritum iis in locis excitantes. *Verrucæ.* Cutis ſunt tumores coloris ejuſdem, duriores, & paulo aſperiores, infra tenues, ad cutem latiores, raro fabæ magnitudinem excedentes, qui quaſi pendere videntur. *Satyriaſmi.* Tumores ſunt prolixi circum aures duarum concretionum carnis in ſe ipſam convolutæ. Fortaſſe, quos vernaculo ſermone appellamus: *goltiere.* *Strumæ.* Glandulæ ſunt induratæ, quibus collum, axillæ, & inguina potiſsimum obſidentur, ſcrophulæ quoque dictæ.

XXVII. Grandioribus autem, & jam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluvia ſanguinis.

XXVIII. Plurimæ autem paſsiones puerulis judicantur, nonnullæ quidem in quadraginta diebus, nonnullæ in ſeptem menſibus, nonnullæ vero in annis ſeptem, quædam vero jam ad *pubertatem* accedentibus: quæ vero permanſerint, nec in pubertate finierint puerulis, aut feminis, quum menſtrua erumpunt, conſeneſcere conſueverunt.

XXIX. Adoleſcentibus autem ſanguinis ſpultiones, tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alii, ſed præcipue antedicti.

XXX. Ultra hanc ætatem *aſthmata*, *pleuritides*, pulmonum inflammationes, lethargi, phrenitides, *febres ardentes*, diuturna *alvi* profluvia, choleræ, *dyſenteriæ*, *lienteriæ*, hæmorrhoides.

XXXI. Senibus ſpirandi difficultates, deſtillationes cum tuſſe, urinæ ſtillicidia, & difficultates, articulorum dolores, renum paſsiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alvi, oculorum, & narium humiditates, viſus obtuſus, glaucedines, auditus graves.

APHO-

XXVII. *Plurima ex his.* Id eſt, *ex his*, quæ fiebant in puerili proxima ætate.

XXVIII. *Judicantur.* Id eſt, deſinunt.

XXIX. *Tabes v. aph.* 16.

XXX. *Aſthmata v. aph.* 22. *Pleuritides. v. aph.* 23. *Phrenitides.* Inflammationes membranarum cerebri cum acuta febre, & delirio. *Choleræ.* Immodicæ ventris perturbationes bilem per vomitum, & in dejectionibus excernentes. *Dyſenteriæ. v. aph.* 11. *Lienteriæ. v. aph.* 22. *Hæmorrhoides.* Id eſt, venarum hæmorrhoidalium dolores, tumores, inflammationes, exitus, diſruptiones.

XXXI. *Difficultates.* Id eſt, quum urina difficulter, & cum dolore ejicitur. *Mali habitus.* Corporis extenuatio cum pallore, aut ejuſdem cum pallore intumeſcentia. *Glaucedines.* Quum naturalium humorum oculi color in cæſium mutatur.

APHORISMORUM HIPPOCRATIS

SECTIO IV.

I. UTero gerentes ſunt *purgandæ*, ſi materia turget, quarto menſe, & uſque ad ſeptimum, ſed has minus. Juniora autem, & ſeniora veredi oportet.

II. In *purgantionibus* talia educere è corpore, qualia & ſponte prodeuntia, utilia; quæ vero contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

E III.

I. *Purgandæ.* Intellige, purgantibus fortioribus, *aph.* 37. II. nam levibus fere tuto purgantur quocumque graviditatis tempore. *Turget.* De humorum turgentia *vid. aph.* 22. I. *Sed has.* Quæ propius ad ſeptimum menſem accedunt. *Juniora.* Id eſt, reliqua graviditatis tempora.

II. *In purgationibus.* Id eſt, in medicamentorum purgantium uſu, ſive eadem vomitum, ſive alvum moveant, I. *aph.* 2. *Qualia ſponte.* Multiplex eſſe poteſt interpretatio. Prima eſt, debere humores medicamentis educi eo modo, quo ipſa per ſe natura ſolet emittere in curatione morborum, ſervando nimirum evacuationis rationem, ordinem, morbi tempora, humoris copiam, viarumque conſuetudinem. Ideoque in bilioſis febribus dejectiones bilioſas ciere ſtudebis, prægreſsis coctionis ſignis, & qua parte bilis repit. In hydrope humido remediis ſerum infra elicientibus purgabis morbo ineunte, & viſceribus, viribuſque integris. Ut ſi in febribus bilioſis, loco bilis, ſerum evoces, aut in hydrope aquoſo, pro ſero, bilem ducas, aut vomitum, non alvum cieas, ad aliud medicamentum tranſeas, quo id præſtes, quod natura alias utiliter facit. Altera eſt, imperfectos naturæ conatus, ſed tamen ſalutares, ſic eſſe adjuvandos, ut eundem humorem, ac eo, quo natura vergit, I. *aph.* 21. medicamentis evoces. Quod ſi hæc, loco de-

III. Si qualia oportet purgari, purgentur „ confert, „ & leviter ferunt, contraria vero graviter.

IV. *Purgare* æſtate ſuperiores magis *ventres*, hieme vero inferiores.

V.

---

dejectionis, vomitum moveant, aut ſerum, non bilem, educant, aut urinam, non alvum, ſolvant, iis utaris, quæ id, quod commodum eſt, efficiant. Tertia eſt, humores noxios una nobis cum natura eſſe expellendos, ſiquidem hæc eos ſalutariter moveat, ſin minus, non eam modo non eſſe adjuvandam, ſed etiam interdum comprimendam. Id quum ſequitur, dicuntur humores non à notura, ſed vi morbi ejici, eorumque evacuatio *ſympthomatica* appellatur, quippe quæ nec tollat, nec minuat morbum, ſubindeque etiam ſæpe vires frangat. Attamen ſi non juvat, dummodo vires conſtent, cohibenda ſtatim non eſt, I. *aph.* 2. *n.* nam plenitudinem demit, progreſſuque temporis prodeſſe poteſt. Si vires etiam perdit, ut pulſus imbecilli celereſque fiant, motioneſque corporis & ſenſus elangueant, animive deliquia incidant, occurrendum continuo ei eſt remediis ex opio paratis, adſtringendique vi præditis.

III. *Si qualia.* Repetitio eſt *aph.* 25. I.

IV. *Purgare.* Præceptum hoc ad morbos fere pertinet curandos. Quippe ad eoſdem cavendos ver aptum purgationi eſſe dicitur, VI. *aph.* 47. *Superiores.* Id eſt. Expedit æſtate movere vomitum, alvum hieme. Perperam hic * *tas hanoo*, * *ſuperiores*, cutis ſpiracula interpretatur *Hecquetus*. Huic ſententiæ plane contrarius eſt *de ſalub. diæta* locus, cujus liber vel ex hoc ipſo ſpurius merito haberi poteſt. Ac ne ea quidem placent, quæ ad tollendam contradictionem affert *Valleſius*. Primum ad purgationem totius corporis referendum eſſe ratus, ſecundum ad eam, quæ ſolum ventriculum, inteſtinaque reſpicit. Nihil enim de his in textu. Neque magis arrident, quæ *Gorterus* adverſus vomitum æſtate ciendum tradit. Nam ſi vomitiones ſæpius per æſtatem incidentes morbis annumerantur, III. *aph.* 21. palam eſt, ſolere ventriculum per id temporis affici: neque huic ulio alio præſidio tutius citiuſque fere ſuccurritur, quam vomitum, natura, *Hippocrateque*, I. *aph.* 21. ducibus, ſi adeſt adjuvando, ſin deeſt, excitando, IV. *aph.* 17. Illud ſcite monet *Valleſius* curandum, ut vomitiones *minori*

V. Sub cane, & ante canem, difficiles ſunt *purgationes.*

VI. Graciles, & facile vomentes, purgare ſuperius, caventes hiemem.

VII. Vomentes vero difficulter, & mediocriter carnoſos, per inferiora, caventes æſtatem.

VIII.

---

nori cum violentia, id eſt, blandis remediis, quibus his ipſis in caſibus uſum fuiſſe *Hyppocratem* veriſimile eſt, moveantur (horum enim plurima apud eundem inveniuntur) ne imbecillum per æſtatem ventriculum, I. *aph.* 18. imbecilliorem medicamentis efficiamus. *Magis.* Et recte quidem, quoniam interdum accidit, ut morbus per hiemem vomitum poſtulet, per æſtatem alvi ductionem. In univerſum enim ſucci quo vergunt, niſi quid prohibet, ſunt evacuandi. Inſpicienda iccirco ægrotantis natura, ætas, habitus, vires, & conſuetudo eſt.

V. *Sub cane.* A die 21. Junii uſque ad 10. Septembris. Vitandus tamen ſemper æſtus vehemens, quibuſcumque diebus acciderit, in propinandis purgantibus fortioribus aut in mittendo liberalius ſanguinæ.

VI. *Graciles.* Graciles natura, non tamen extenuatos intellige. His enim vomitus inutilis eſt, auctore *Celſo.* Et ſane, qui morbo, curis, vigiliis, laboribus, nimiiſque emarcuere evacuationibus, inimicum habent vomitum. Periculoſus is quoque eſt iis, qui gibbi ſunt, qui thoracem anguſtum habent, ſcapulaſque alarum modo eminentes, qui difficulter reſpirant, qui diuturna tuſsi vexantur, qui ſanguinem extuſsierunt, nedum qui extuſsiunt, aut evomunt, qui pulmonum tuberculo, vomicave laborant, quique organicis cordis, pulmonumque vitiis tentantur. *Facile vomentes.* Scilicet aſſueti vomitibus, qui fere tuto, & ſine ullo periculo aut metu hæmorrhagiæ, cephalalgiæ, aut ruptionis venæ in pectore, unde phthiſis, evomunt; quibuſque magna eſt cervix, & latus thorax. *Vid. Heurn.* *Caventes hiemem.* Quo tempore non movendus vomitus eſt, niſi ſigna adſint, quæ vomitum indicent eſſe neceſſarium, IV. *aph.* 17.

VII. *Difficulter.* Id eſt „ qui non niſi maximo cum labore, „ atque à magnis & violentis medicamentis ad vomendum co„ guntur, ita ut etiam vitæ diſcrimen, aut certe quam maxi„ mam

VIII. Tabidos vero, caventes ad ſuperiores purgationes.

IX. Melancholicos plenius inferiores; eadem ratione contraria apponentes.

X.

„ mam moleſtiam ſubeant,“ *Mercurial.* *Mediocriter.* Id eſt, qui mediocritatem illam tenent, quæ eſt inter graciles & * *euſarcous.* * Hi enim hoc loco videatur eſſe, qui ſunt * *en too ichatoo*, * id eſt pleniſsimi atque craſsiſsimi. Nam purgationem hi ipſi, II. *aph.* 37. difficulter ferunt. *Per inferiora.* Id eſt, medicamentis alvum ducentibus. *Caventes æſtatem.* Si fieri poteſt: ſin minus parciori purgatione, & mitioribus medicamentis utendum, *Mercurial.* Scribit *Hollerius* & ſuis temporibus, & in ſua regione *tutius eſſe etiam æſtate per inferiora purgare.*

VIII. *Tabidos.* * *phthinoodeas.* * Hoc nomine non tabidos modo comprehendit *Hippocrates*, ſed eos etiam, qui proclives ad tabem ſunt, & præſertim ad eam, quam pulmonum ulcus creat, *Mercurial.* quæque, preſsius loquendo, phthiſis dicitur. In hanc porro inclinati pronique ſunt, qui pectus habent anguſtum, longum, depreſſum, ſcapulaſque eminentes. Quibuſque collum longum gracileque eſt, longæ itidem & pertenues manus, vox acuta aut rauca, frequens deſtillatio, id eſt, catarrhi excreatio, tuſsis ſicca diuturnaque, difficilis reſpiratio, corporis extenuatio, genarum rubor, facilis excandeſcentia, calor manuum, labes hereditaria. *Caventes æſtatem.* Monet *Hipp.* quammaxime cavendum eſſe, ne in phthiſicis, neve in propenſis ad phthiſim vomitum medicamentis moveas, neque irritamentis aliis quibuſlibet, propterea quod „facile „eſt ex vomendi conatu vaſa aliqua frangi, ipſumque ulcus „ magis exacerbari,“ *Mercurial.*

IX. *Melancolicos.* Qui ſine febre deſipiunt. *v. aph.* 20. III. *Plenius inferiores.* Id eſt, teſte *Gal.* ſæpius, & vehementius purgandi ſunt per inferiora, ſed ii dumtaxat, qui purgatione egent, quique eam ferunt. Aduſta enim melancholicorum corpora aut non purganda, aut ſic, ut frequens, & mitior evacuatio ſuppleat vicem minus frequentis, ſed validioris. *v. Ballon. conſil.* *Eadem ratione.* Adhibita cautione, ut humorem peccantem evacues, qua parte repit: idque remediis humori

ex-

X. *Purgandum* in valde acutis, ſi materia turget, eadem die; tardare enim in talibus malum eſt.

XI. Quibus tormina, & circa umbilicum *cruciatus*, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter ſolvitur, in *ſiccum hydropa* firmatur.

XII. Quorum alvi *lienteria* laborant, hiberno tempore ſupra purgare, malum.

XIII.

---

expellendo aptis, tempore inſuper opportuno, regione, aeris tempeſtate, corporis habitu, ætate, conſuetudine non adverſantibus.

X. *Valde acutis.* Qui quarta, aut ſeptima die finiuntur *vid.* I. *aph.* 7. *Si materia turget. v. aph.* 22. I. *&* 29. II.

XI. *Tormina.* * *Strophoi*, * *inteſtinorum torſiones*, *ut Celſus* legit, tormina quippe apud ipſum dyſenteriam, *aph.* 11. III. ſignificant. *Siccum hydropa.* Hydrops timpanitis, quo venter multo flatu diſtenditur, percuſſuſque tympani modo ſonat. *Tria eorum, qui tympanitide, id eſt, ſicco tenebantur hydrope, cadavera pridem ſecabam. Per vulnus peritonei inteſtina magno cum impetu exiliebant prætumida, acuque pertuſa continuo flacceſcebant, flatuque diſtendebantur emiſſo. Sic quæ ſenſim multumque increbuit moles ingens ventris, horæ momento in cadaveribus evaneſcit.* An & in vivis, ubi nulla ſpes vitæ ſupereſt, idem tentandum? cum eo tamen, ut flatum non affatim, ſed ſenſim, temporeque interpoſito ſinamus erumpere. *Firmatur.* Intellige, plerumque. Igitur ſi cui inteſtina torquentur, maximeque circa umbilicum, dolorque una lumbos occupat, qui nec tempore, nec remediis ſolvitur; hydrops ſiccus timeri debet. „Cujus metum incutiunt cibi prope omnes „in flatus converſi, frequens ventriculi inflatio cum dolore „colico ſimili" *Jacotius in coac.* Metus augetur, ſi nulla febris eſt, ſi dolor longo tempore perſeverat, & quamvis ructando, flatumque emittendo levetur, tamen continenter affligit.

XII. *Lienteriæ v. aph.* 22. III. *Supra.* Id eſt, vomitu. Veruntamen ſi ſitis, oris amarities, cibi faſtidium, frequens ructus, ventriculi inflatio, morſuſque ſine febre fuerit, IV. *aph.* 17. 18. qui bile ventriculum noxiove quopiam alio humore ſcatere ſignificat; vel hieme vomitus cieri poteſt, ſed remediis mitioribus, quæ pravos ſuccos eliciant, nec enervent ventriculum.

XIII. Ad elleborum, qui non facile ſupra purgantur, eorum corpora ante potionem pluri cibo, atque quiete humectanda ſunt.

XIV. Quum biberit quis elleborum, ad *motionem* quidem *corporis* ducere magis *expedit*; ad *ſomnum* vero, atque quietem, minus. Indicat autem navigatio turbari motione corpus.

XV. Quum volueris magis ducere elleborum, move corpus; quum vero ſiſtere, ſomnum facito, & non moveto.

XVI. Carnes ſanas habentibus elleborus periculoſus; facit enim colvulſionem.

XVII. Si quis febrem non habens abſtineat à cibo, cor-

XIII. *Elleborum.* Quum elleborus ſimpliciter ſine addito ſcribitur, albus elleborus eſt intelligendus, qui vomitum vehementiſsimum ciet. *Qui non facile.* Id eſt, ægerrime vomunt. *Pluri cibo.* Humido tamen, cujuſmodi erat ptiſana ad laxandas, atque emolliendas fibras. *Quiete.* Ut humidum molleque minus exhalet.

XIV. *Biberit.* Poto elleboro, motus magis, quam quies corporis, aut ſomnus confert ad promovendum vomitum, navigationis exemplo, quæ fere nauſeam, & vomitionem parit.

XV. *Magis ducere.* Id eſt, incitare, acuere.

XVI. *Carnes ſanas habentibus.* Ipſe * *ſàrcas hygieas hechouſi*, * expoſuerim, non ſanas, ſed *craſſas carnes habentibus*. Propius enim ad ſanitatem accedunt fortes quam infirmi; attamen *de loc. in hom.* fortia medicamenta fortibus, debilia debilibus convenire, legimus. *Hipp.* præterea *aph. 6.* * *tous iſchnous*, * *graciles*, elleboro, qui vomitum movet, ait, eſſe purgandos & *aph. 7.* * *meſoos euſarcous*, * *mediocriter craſſos*, medicamentis alvum ducentibus. Porro dixit * *meſoos*, * *mediocriter*; nam qui ſunt admodum craſsi, ne per inferiora quidem ſine periculo expurgantur; non enim niſi pauca evacuatio ſequitur, utpote corpore diſtento, ſed poſtquam homo * *ichnos hee*, * *gracilis factus ſit*, tuto medicamentum datur. *De loc. in hom.*

XVII. *Non habens.* Adde: *aut habens exiguum.* Veriſimile

cordis morſum, *atque tenebricoſam* vertiginem patiatur, & oris amaritudinem ſentiat; purgatione indigere per ſuperiora ſignificat.

XVIII. Supra præcordia dolores, purgatione indigere per ſuperiora ſignificant; quicumque vero inferiora moleſtant, per inferiora.

XIX. Qui medicamentis purgati non ſitiunt, non quieſcunt, prius quam ſitiant.

XX. Non febricitantibus ſi tormina acciderit, & genuum gravitas, & lumborum dolor, purgari inferius oportere ſignificatur.

XXI. Dejectiones nigræ, qualis eſt ſanguis niger, ſponte venientes, ſive cum febre, ſive ſine febre peſſimæ; & quanto colores magis pravi fuerint plures, *eo* pe-

---

le namque eſt, *Hippocratem* de magna continuaque febre fuiſſe locutum, quam ſæpe ventriculi inflammatio facit, remediis vomitum moventibus exaſperari ſolita. *Abſtineat.* Cibum averſetur. *Cordis morſum.* Oris ventriculi morſum. *Per ſuperiora.* Nimirum vomitu: niſi quid eundem prohibeat. Ut natura ægrotantis, corporis habitus, ætas, tabes, aut ejus metus. *Vid.* IV. *aph.* 8.

XVIII. *Præcordia.* Diaphragma. *Dolores.* Moleſtiæ, faſtidia, anxietates, morſus, æſtus, aliaque ejuſmodi, quæ quamvis ventriculum infeſtent, ægris videntur ſæpe ſupra diaphragma vim ſuam exerere. *Per ſuperiora.* Id eſt, dolores, aliaque hujuſmodi mala tollenda ſunt vomitum medicamentis facientibus, niſi febris prohibeat, aliaque obſtent. *Vid. aph. præced.* *Moleſtant.* Uti moleſtiæ, queis affici inteſtina ſolent ob flatum eadem diſtendentem, pravoſque humores eadem ipſa irritantes, itemque genuum gravitas, lumborumque dolor, qui hominem ſine febre, aut non multa infeſtet. *Per inferiora.* Id eſt, remediis alvum ſolventibus.

XIX. *Non quieſcunt.* Id eſt, non deſinunt expurgari.

XX. *Tormina.* Inteſtinorum torſiones. *v. aph.* 11.

XXI. *Nigræ.* Quæ picem liquatam referunt, linteaque rubro colore inficiunt. *Peſſimæ.* Mementote doctrinæ Hippocraticæ, quæ vult, dejectiones nigras, generatim acceptas, peſſimas

pejus: cum medicamento vero, melius; & quanto colores plures, *eo minus malum.*

XXII. Morbis quibus libet incipientibus, ſi atra bilis vel ſupra, vel infra exierit, lethale.

XXIII.

ſimas eſſe, quin imo lethales incipientibus morbis, *aph. ſeq.* Sed ſalutares eas prædicat, ſi bene exeant, id eſt, conſiſtente morbo, ampliuſque eodem inclinante, prægreſsis ſignis concoctionis, validiſque viribus, ac pulſibus. *Et quanto.* Non comparat *Hipp.* dejectiones nigras cum variegatis, ſed inter ſimplices vult, peſsimas eſſe nigras: inter variegatas vero, eas, quæ plures habent colores pravos: pravus enim eſt color intenſe flavus, viridis, ærugineus, niger. *Cum medicamento.* Senſus eſt, minus malum eſſe vi medicamenti nigra, & variegata dejici, quam vi morbi.

XXII. *Incipientibus.* In principio morborum lethalem eſſe atræ bilis exitum, ſive ſupra, ſive infra, nimirum ſive vomitu, ſive dejectione excludatur, uno fere ore affirmant Interpretes: non item in incremento, aut ſtatu eorundem. *Oribaſius* contra ſic legit *Hippocratem*: „Quicumque in initio, vel „augmento morborum acutorum, aliorumve melancholiam" id eſt nigram bilem „evomuerint, eodem die moriuntur; ſi „vero in ſtatu, vel declinatione quicquam tale emiſerint, „poſtridie moriuntur." At vero non modo non moriuntur omnes eadem die, aut poſtridie, ſed nonnulli etiam ſervantur. Quippe *ex lib. de atra bile* ſcimus, in quadam peſtilentia excretam fuiſſe atram bilem tum iis, qui ſervabantur, tum iis, qui interibant. *Atra bilis.* Interpretes plures bilem diſtinguunt atram à ſucco melancholico, ſanguini nigro ſimili ſic, ut de hoc *ſuperiori aph.* de ea vero hic loquatur *Hippocrates.* Cenſent porro, utrumque ſuccum nigrum eſſe craſſumque, utrumque minime grumoſum, ſed fuſum, liquatumque atque à ſanguine naturali diverſum; atram vero bilem acerrimam agnoſcunt, erodentem, acidam, quæ in terram effuſa ebullit, eamque fermenti, & aceti modo attollit; quamque apud nos dari poſſe erodentem, exquiſitamque negat *Hollerius.* At enim videtur *Hippocrates* bilem deſignare atram per id, quod eſt nigro ſimile ſanguini ita, ut ejuſdem dejectio, generatim loquendo, ſit peſsima, *aph.* 21. lethalis vero ſive evomatur

hu-

XXIII. Quibuſcumque ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſive quovis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſive uti ſanguis niger, deſubter exierit, poſtridie moriuntur.

---

humor, ſive deiciatur, niger tam in principio morborum, quum in corporibus longis, acutiſque morbis extenuatis, debilitatiſve. Et hercule non tam humoris pravitatem color ejuſdem indicat plus minuſve niger ac ſplendens, craſsiorque ejuſdem aut tenujor ſubſtantia, quam oris ſquallor pallorque, & frigidus ſudor, & animi defectio, & virium, pulſuumque dejectio, & faſtidia, & dolor viſcerum ardorque, & anxietas, & corporis agitatio, & ſimilia, quæ nigrum fuſumque ſuccum ſive ſupra, ſive infra, ſive ut fere evenit, utraque parte erumpentem ſolent comitari. Si enim ſine his, aterrimus licet, acerque, humor effluat, uti interdum accidit, non eſt quod de atra timeas bile. *Lethale.* Rariſsime bilis atra effunditur in principiis morborum præſertim acutorum. *Ipſe ſexto pleuritidis die infra erupiſſe vidi morte celeriter, eademque die inſequente. In ſtatu febrium acutarum bis terque exiiſſe obſervavi cum tolerantia, ſubindeque etiam conferentia ægrotantium. Juvenem 20. annorum dyſenteria cum acuta febre laborantem extinctum 18. morbi die fuiſſe memini poſt dejectionem perquam abundantem bilis atræ. Erat porro bilis atra ſingulis his in caſibus ſimilis nigro ſanguini, vel potius liquatæ pici.* Sæpe erumpit hæc eadem in hypochondriacis, melancholicis, hyſtericiſque morbis tum ineuntibus, tum progreſsis, caloreque lintea inficit ſæpius rubro, nonnumquam flavo, interdum quoque ſimul utroque, invehitque accidentia quæ ſupra propoſui. Cujus quidem eruptione humoris nonnullos periiſſe novi revertente intra paucos dies bis terque nigri humoris exitu, nonnullos etiam ſic fuiſſe ſervatos, ut priſtinæ ſanitati habituique fuerint reſtituti; plures vero recrudeſcentibus poſt aliquod annos nigris evacuationibus occubuiſſe.

XXIII. *Acutis.* In acutis febribus, acutiſque morbis non eſt ſemper expectanda corporis extenuatio. Sufficit maxima virium debilitas ad aphoriſmi veritatem. *Diuturnis.* Per morbos longos emarceſcit quidem extenuaturque homo, ſed non ſemper ſimiliter infirmatur. Debet igitur æger, *Celſo auctore*, extenua-

XXIV. *Dyſenteria*, ſi ab atra bile inceperit, lethalis eſt.

XXV.

nuatus eſſe & confectus, id eſt, perquam infirmatus. *Sive quovis alio modo.* Quemadmodum tabe, phthiſi, aſthmate, ictero, tumore, ſcirrho, internis aut externis abceſsibus, ſicco aut aquoſo hydrope, articulorum morbis, aliiſque ſimilibus. *Nigra bilis, ſive veluti ſanguis niger.* De hoc humore *vide notam præcedentis aphoriſmi. Deſuper exierit.* Id eſt ex alvo. *Celſus, Hollerius, aliique*, accedente uſu etiam de vomitu atræ bilis veram eſſe ſententiam, pronunciant; *Mercurialis* multo magis vomitum, quam dejectionem formidat. *Poſtridie moriuntur.* Si ad extremam extenuationem venerint, *Galenus* aut ad modicam cum ſumma tamen imbecillitate, uti in acutis aliquando cernimus; & niger humor ubertim vomitu, aut alvo, aut utroque modo feratur, aut ſæpius erumpat, aut continenter exiat. *Nam unicam dejectionem, vomitumve, modicum tamen, mortem protraxiſſe plus ſemel vidi, maturaſſe eam quoque dejectionem perquam abundantem in nonnullis obſervavi ſic, ut eadem raperentur die.* In acutis porro morbis, qui præſagientem ſolent fallere, ſi imbecillitatem definire non audes, quæ nigra dejicienti mortem inferre queat, ad pulſum attendito; *qui quidem reperietur primum undoſus, poſt vermicans, cui ſuccedit fornicans, ac ſtatim mors.* Holler. ex Orib. Quippe pulſus, dum humor niger profunditur, exilis fit atque imbecillus, imo fere prorſus concidit cum animi defectione, & ſudore frigido. Is ſubinde ſi non iterum erigitur, ſi non expanditur, ſi urget, ut ſæpe renovatur evacuationis impetus, ex quo magis magiſque decolor infirmetur æger cum facie triſti, peſtiferiſque aliis ſignis I. *præſag. libro* traditis, ſcito, mortem eſſe proximam: Sin pulſus poſt humoris exitum nigri iterum attollitur expanditurque, & in horas validior deprehenditur ſingulas, & redit color, & nonnihil alacrior eſt æger, & pulſus ei quietus eſt, meliuſque ſe ad ea quæ offeruntur habet, ſpes erit, fore ut etiam convaleſcat.

XXIV. *Dyſenteria.* Quid ſit, *vid.* 11. *aph.* III. *Ab atra bile inceperit.* Dubium eſt, utrum *Hippoc.* lethalem dixerit dyſenteriam ab atra bile erumpente ortam, an ab eadem ipſa intus latente. Primu, rariſsimus caſus eſt, nec equidem umquam vidi. Secus alter, inciditque cum humores acerrimi, effrenes, atque erodentes, cujuſmodi bilis eſt atra, dyſenteriam

riam

XXV. Sanguis quidem ſupra, qualiſcunque fuerit, malus; infra autem, *niger ſi dejiciatur*, bonus eſt.

XXVI.

---

riam induxerint. Mos enim erat antiquis, contumaces plures lethaleſque morbos ab atra bile, licet non exeunte, repetere; in quorum numero quartana interdum febris reponebatur, pulmonum varix, morbus epilepticus, apoplexia, nervorum diſtentiones, delirium, & uteri quidam, renum, lienis, & hepatis morbi. At ſi dyſenteriam bilis atra ſubſequatur, mortem ne inferet, an non? *Oribaſius* aliquando, reſpondet, non ſemper. Ipſe id ſemel tantum, tumq. exitioſum vidi, *not. aph.*22. Morientur, qui dyſenteria emarcuere, infirmatique ſunt maxime; ceteri poterunt ſanari. *Vid. aph. præced.*

XXV. *Supra.* Qui ex ore redditut. Eo autem fluit è faucibus, è capite, è ventriculo, è ſummitate aſperæ arteriæ, è pulmone, è thorace. E faucibus leni ſcreatu, lenique tuſsi fertur multus ac niger aut muco miſtus cum palati titillatione, fereque ſimul è naribus exſtillat ſincerus, aut miſtus. E ventriculo vomitu elicitur. E ſummitate aſperæ arteriæ exiguus, raroque ſpumans tuſsicula pellitur. E pulmone valida tuſsi, fortive ſcreatu ejicitur vividus ſpumoſuſque. E thorace eodem modo excernitur, ſed ſubniger, craſſus, minus ſpumans, minuſque abundans. *Malus.* Tum quia levari per ea loca natura non ſolet, niſi rariſsime (ut quum dolor capitis rejecto ex ore ſanguine tollitur, 10. *aph.* VI. menſtruorumque ſuppreſſorum damna vitantur) ſæpe vero per hæmorrhoides, per uterum, per nares tum quia ſanguis ſupra veniens ſæpe è pulmonum vaſis permanat eroſis diſruptiſque, interdum hominem brevi jugulans, ſi affatim erumpat, ſin parce ſenſimque, ut ſolet, lenta ſæpe tabe conſumens. *Infra autem.* Hanc *aph.* partem alii aliter legunt. *Oribaſ. & Philoth.* lectio eſt. *Infra autem bonus.* Galenus habet. *Infra, bonum, nigra ſubeuntia.* Antiquiſsimus codex, quem *Valleſius* tuetur, talis eſt. *Infra bonum; & nigra ſubeuntia, malum.* Quam lectionem *Mercuriales*, & *Foeſius* retinent in textu græco, diſsident in latina verſione *Galeno* addicti. *Lindenius* Galenicus eſt in utroque codice. *Bonus eſt.* Orib. & Philoth. ajunt, bonum eſſe ſanguinem ex hæmorrhoidibus fluere. *Galenus* addit: *ſi niger fuerit*. Rurſum *Galenus* ſcribit: melius eſſe nigra dejici, quam ſanguinem ex ore reddi, dummodo ni-

XXVI. A *dyſenteria* habito ſi veluti carunculæ exeant, lethale eſt.

XXVII. Quibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo, quacumque ex parte *fluxerit*, quum reficiuntur, alvi his humectantur.

XXVIII. Quibus bilioſæ *ſunt* dejectiones, *iis* ſuperve-

---

nigra ſenſim ferantur, *ſanguiſque ſui exitus tarditate denigretur.* Dicemus igitur primo, bonum eſſe ſi ſanguis ex hæmorrhoidibus profluat; nam ſic & nimiæ abundantiæ conſulitur, & humorum corrigitur pravitas. Ad hæc plures morbi tali fluxu pelluntur, plures arcentur *Hipp.* auctore. Deinde non eſſe neceſſe ſanguinem fluere nigrum. Eſt enim ſanguis hæmorrhoidalis, quemadmodum mulierum menſes, reliquo, qui in vaſis eſt, ſanguini ſimilis. Demum melius, ſive, ut preſsius loquar, minus malum eſſe, ſanguinem dejici ex inteſtinorum vaſis elicitum, quam ex ore profundi. Si dejectio ſit ſanguinis nigri, lucidi, fuſi picis ad inſtar liquidæ, peſsima eſt juxta *aph.* 21. Nec obſtat repetitio quam *Mercur.* objicit: nam hæc in aphoriſmis frequenter occurrit; ſin fuerit grumoſi ſanguinis, utilis eſſe poteſt viribus validis, ſigniſque coctionis prægreſsis. *Coac.* quippe legimus, *quibus dolores hypochondrii, oris ventriculi, hepatis, & partium circa umbilicum, excreto per alvum ſanguine ſervantur, non excreto, pereunt.*

XXVI. *Dyſenteria v. aph.* 11. III. *Habito.* Id eſt, diu & tenaciter occupato. *Carunculæ.* Sive corpuſcula ſphærica carnei coloris, ſeu globoſa fuerint, ſive etiam membranæ, & filamenta. *Lethale.* Ingens quippe vulnus inteſtinorum ſignificant. Ad ſententiæ veritatem neceſſe eſt, ut caruncularum excretio perſeveret, & confertim fiat. Sæpe ſine metu corpora carunculis & membranis ſimilia redduntur, eaque ſuppeditat cruſtoſa, ſeu gelatinoſas pars ſanguinis effuſi, coactique in cavitate inteſtinorum dyſenteria laborantium.

XXVII. *Febribus.* Sive ineunte morbo, ſive in ipſa criſi, ſive convaleſcentiæ tempore. *Quacumque ex parte.* Naribus ſæpiſsime, alvo, utero. *Reficiuntur.* A cibo aſſumpto cruda, & indigeſta alvo demittunt.

XXVIII. *Quibus.* Adde: aſsidue febrientibus, nimirum acute. *Superveniente.* Poſt evacuationem ſurditatem ortam

in

veniente ſurditate ceſſant; & quibus *eſt* ſurditas, ſupervenientibus bilioſis dejectionibus, ceſſant.

XXIX. Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, difficile judicium ſequitur.

XXX. Quibuſcumque acceſsiones fiunt, quacumque hora febris dimiſerit, ſi eadem cras occupaverit, judicium habent difficile.

XXXI. Laſsitudinem habentibus in febribus in articulos, & circa maxillas potiſsimum abſceſſus fiunt.

XXXII. Quibuſcumque *convaleſcentibus* ex morbis *pars aliqua laboraverit*, hic fiunt abſceſſus.

XXXIII.

---

in acuta febre, plerumque lethalem, modo non ex humorum copia fiat, *Alpinus* notat. *Ceſſat.* Non ſignificat integram ſolutionem neceſſario, ſed diminutionem, aut proclivitatem ad perfectam ſolutionem. *Mercurialis. vid. aph.* 60. IV.

XXIX. *Rigores.* Rigor eſt vehemens frigus cum totius corporis concuſsione. *Difficile.* Criſis ſcilicet difficilis, quæ vel mortem, vel morbi recidivam, vel difficilem ſolutionem inducit.

XXX. *Acceſsiones.* Paroxiſmi febrium. *v. aph.* 11. I. Hi ſi eadem ſemper hora repetant, quacumque licet hora dimittant: aut ſi paribus ſemper horis, eademque proportione anticipent, aut tardent, difficilem ſolutionem ſignificant. *Valleſius.*

XXXI. *Laſsitudinem.* Id eſt, muſculorum ſenſum quendam triſtem, præſertim in corundem motu. *Febribus.* Frequentius tamen in iis, quæ ex acutis decidunt, nimirum quæ ſuperant vigeſimum diem. In his enim ſi juncturæ, locaque circa maxillas doluerint, aut gravitate tenſioneque laboraverint, in ipſis juncturis lociſque abſceſſus ut plurimum fient. In reliquis vero febribus mitioribus, longioribuſque, ſi dolor infernas magis partes ocupet, quam ſupernas, in illis potiſsimum fient abſceſſus, præſertim, III. *prænot.* 66. ſi circa hypochondria ardor aliquis ſentiatur. *Abſceſſus.* Externarum partium tumores ex humorum defluxu à partibus nobilibus ad ignobiliores, ut ab hepate in inguina, aut crura qui ſæpe ſuppurant.

XXXII. *Laboraverit.* Non quibus laboraverit pars aliqua cum convaleſcunt, ſed cum convaleſcunt, fiunt in ea parte abſceſſus, *aph.* 31. qua laboraverunt per morbos. *Valleſius.*

XXXIII. Sed & ſi ante morbum aliqua parte *doluerint*, hic morbus firmatur.

XXXIV. Si à febre habito, tumore non exiſtente in faucibus ſtrangulatio repente ſupervenerit, lethale.

XXXV. Si à febre detento collum pervertitur, & vix poteſt devorare, ſine ullo tumore, lethale eſt.

XXXVI. Sudores febricitanti ſi incœperint, boni, & tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & ſeptimodecimo, & vigeſimo, & vigeſimo ſeptimo, & trigeſimo quarto; hi enim ſudores judicant morbos. Qui vero non ita fiunt, laborem ſignificant, *aut* morbi longitudinem, *aut* recidivam.

XXXVII.

XXXIII. *Firmatur.* Id eſt, excitatur abſceſſus, niſi tamen multa craſſa urina effluxerit; aut ſanguinis profluvium è naribus, vel quavis alia parte, aut multus ſudor, aut dejectio ſequatur. *Jacotius in coac.*

XXXIV. *A febre habito.* Acute febricitanti. *Faucibus.* Id eſt, in præjacente ſpatio inter œſophagum, & aſperam arteriam, quod aperto ore, & depreſſa lingua apparet. *Strangulatio.* Sic, ut ſpiritus difficillime trahatur, idque potius ob muſculorum laringis convulſionem, quam ob eorundem inflammationem. In coac. legitur: *in præcipitibus morbis ſtrangulatio ſine faucium tumore perniciem minatur.*

XXXV. *Si à febre.* Multo rarior caſus eſt, ubi collum per acutas febres convulſis muſculis, aut inflammato œſophago, ante, aut retro, aut in latus diſtorquetur alterutrum. *Non ſemel ipſe vidi acutis in febribus admodum impeditam difficilemque deglutitionem, ſine ſpirandi difficultate, ſine faucium, collive tumore aut rubore, brevi mortem intuliſſe. Idque muſculorum œſophagi convulſioni adſcribebam. In aliis enim horum vox clangoſa præerat, in aliis maxillæ quodammodo conſertæ, in aliis manuum, artuumve inferiorum ſaltus, tremoreſque.*

XXXVI. *Tertio die.* Hic nominat dies intermedios, indices, & proprie criticos, *aph.* 24. II. Quartum ſilet diem, qui primus eſt indicum, ſive contemplabilium, quia acuti, & perquam acuti per dies impares fere moventur, 3. 5. 7. 9. &c. *Judicant.* Solvunt. *Laborem.* Hic loci **poonon*, * expoſuerim,

XXXVII. Frigidi ſudores cum acuta quidem febre mortem; cum mitiori autem longitudinem morbi ſignificat.

XXXVIII. Qua parte corporis ſudor eſt, ibi ſignificat morbum.

XXXIX. Et qua parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus.

XL. Et ubi in toto corpore mutationes *accidunt*, *ut* ſi corpus refrigeretur, & rurſus calefiat, vel color alter ex altero fiat, longitudinem morbi ſignificat.

XLI.

---

rim, *vitæ diſcrimen. Aut.* Sic quoque disjunctive * *chai*, * non copulative &, mihi videtur hoc loco legendum, & ſequenti.

XXXVII. *Frigidi ſuderes.* Sive toto corpore fiant, ſive tantum parte, mali ſunt. Peſsimi, qui caput dumtaxat, aut faciem, aut collum, aut pectus occupant, tenues, modo ne ſudorum frigiditas à loco, aut ab aere proficiſcatur frigidis, *Cardan. Mortem.* Si acuta febris plurimum urgeat, ſi frigidi ſudores perſeverent, & ſi hos „ aliquod ex perniciofis, letha- „ libuſque ſignis conſequatur " *Alpinus, de* præſ. *Cum mitiori autem.* Adde, & *validis viribus.* Nam ſi debiles ſint, etiam mortem ſignificare valent. *Valles.* Frigidi ſudores febrium intermittentium, licet maximarum, vix hodie timentur poſt detectum corticem Peruvianum, una cum febribus ſudores ipſos pellentem.

XXXVIII. *Qua parte corporis.* Ejus intellige, qui febre tenetur, *ex Gorter. Ibi ſignificat morbum.* Id eſt, intus in corpore ut plurimum indicat vitium ſubeſſe: puta obſtrictionem, tumorem, inflammationem, eryſipelas, abſceſſum, ſyderationem, & ſimilia. Erit ne igitur ſemper malus partis ſudor? Minime, ſcribente Ballon. *in conſil.* ſed cave ne, te mador fallat, opinionem faciens veri ſudoris.

XXXIX. *Calor.* Ut ſi dexterum hypochondrium ſiniſtro fuerit calidius: atque ſtabilia hæc ſi fuerint, neque à cauſſa aliqua manifeſta producta.

XL. *Mutationes.* Hæ fere in ſingulas horas fiunt, & mortem in acutis febribus, infirmiſque viribus portendunt. *Color.* Præcipue oris: hinc rubores fugaces genarum, qui neque propter

XLI. Sudor multus ex ſomno factus abſque cauſa manifeſta, corpus uti pluri cibo, ſignificat: ſi vero cibum non accipienti hoc accidat, ſcire oportet quod evacuatione indiget.

XLII. Sudor multus calidus, vel frigidus, *ſemper* fluens, frigidus *majorem*, calidus *minorem* ſignificat morbum.

XLIII. Febres quæcumque, non intermittentes, tertia die fortiores fiunt, magis periculoſæ. Quocumque autem modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificatur.

XLIV.

---

ter odores, ut in hyſtericis mulieribus, neque ob animi motus, fiant.

XLI. *Ex ſomno.* Capto ſomno ſudor multus, & continenter ortus, ſine externa cauſſa. *Non accipienti.* Intelligi poteſt de non aſſumenti cibum, ſed rectius de faſtidienti.

XLII. *Semper fluens.* Toto corpore, vel parte, ſine levamine, ſine dierum delectu, ſeu morbi fluat initio, ſeu ejuſdem incremento, aut vigore. *Frigidus majorem.* A multo ſudore calido, brevior morbus eſſe ſolet, minuſque periculoſus: contra à multo ſudore frigido morbus longior, & magis periculoſus. *Holler.*

XLIII. *Febres quæcumque non intermittentes.* Per hæc verba febres intelligit continuas, ardenteſque, *Philoth.* quæ tertio quoque febris die ingraveſcunt. *Magis periculoſæ.* Periculoſiores ſunt iis, quæ continuæ, ardenteſque cum ſint, per tertium tamen quemque diem non exacerbantur. *Intermiſerint.* Si hæ febres in intermittentes mutentur quoquo modo, id eſt, in eas, quæ aut ſingulis diebus, aut alternis, aut quarto quoque die deſinunt ex toto, antequam revertantur, ſive febris vacuitas ſit plurium, vel pauciorum horarum, tum, niſi ſemper, plerumque tamen periculo vacant. Quamquam autem febres quæcumque, quæ intermittentes nominantur, fere periculo careant, ſenes tamen, & incurabilibus morbis implicitos juvenes, longiſque exſtenuatos, interdum occidunt; quin & fortes rapiunt, ſi fuerint pernicioſæ. Fere vero ſub harum æſtu tenues & imbecilli ſunt pulſus, nec æger extrinſecus recaleſcit, ſed decolor & facie triſtis, ſudoreque frigido perfuſus

præ-

XLIV. Quibus febres longæ, is tubercula, vel labores in articulis fiunt.

XLV. Quibus tubercula, vel in articulis labores fiunt, hi pluribus utuntur cibis.

XLVI. Si rigor incidat, febre non deficiente, ægro jam debili, lethale eſt.

G XLVII.

---

præcordiorum anxietate, doloreve torquetur membra continenter jactans, poſitumque mutans corporis. Sed & quæ ſoporem ſtuporemque inducunt febres ſunt quam maxime pertimeſcendæ, quippequæ niſi extemplo china china occurratur, hominem tertio, quartove acceſsionis impetu apoplexia tollere conſueverunt. Mitto quæ in continuam, acutamque tranſeunt, potiſsimum autumnales, quæque compoſitæ facile deſinunt in hecticam, phthiſim, ſcirrhum, œdemata, hydropem, atque alia id genus. De intermittentium periculo, *vid.* 1. *aph. lib. I. euac.* & 4. *lib. IV. comm. Holler.*

XLIV. *Longæ.* Febres præſertim acutæ, quæ ultra 20. aut 40. dies ſolent protrahi. * *Phymata.* * *Tubercula.* Hic loci tumores videntur indicari, orti ex decubitu in articulos humoris, qui morbum faciebat. *Labores.* Id eſt, dolores, gravitates, moleſtiæ, vel quælibet alia noxa. *Fiunt.* Niſi humoris ad articulos decubitum urinæ impediant craſſæ, multæ, albæ, aut ſanguinis profluvium è naribus, *aph.* 74. IV. aut ſoluta alvus, aut ſudor.

XLV. *Hi pluribus.* Si, febre perfecte ſoluta, aut extenuata jam optime, elapſoque tempore quo fieri ſolent abſceſſus, *aph.* 31. IV. multo plus, quam oportet, quis edat, huic abceſſus, vel labores fiunt.

XLVI. *Rigor.* Eſt vehemens frigus cum quodam corporis concuſſu, à quo ſæpe tertianæ, quartanæ febres ſolent incipere, ac reverti. Si igitur in febre continua ſæpius rigor incidat, nec febrim ſolvat; & vires morbi diuturnitate, aut vehementia, aut utraque exhauſtæ fractæquæ ſint, brevi poſt æger moritur. An in ipſo rigore, vel poſt morietur? Verendum eſt, me in rigore deficiat, ſcribit *Hollerius.* Quoties, ut occidat, debet rigor incidere? Id quoque incertum eſt. *Ægrorum ipſe trium memini, qui febre ultra quadrageſimam diem protracta, aliiſque una morbis extenuati & confecti è vita diſceſſerunt, dum fe-*

XLVII. Excreationes in febribus non intermittentibus lividæ, cruentæ, fœtidæ, & bilioſæ, omnes malæ: & ſi bene exeunt, bonæ. *Sed eadem quoque eſt eorum, quæ per alvum, & urinas excernuntur, ratio. Si quid vero, quod non juvet*, per hæc loca excernatur, malum.

XLVIII. In febribus non intermittentibus, ſi *exterioribus frigidis, interiores partes urantur, & ſitim habeat*, lethale eſt.

XLIX. In febre non intermittente, ſi labrum, vel oculus, vel naſus, vel ſupercilium pervertatur, vel non videat, vel non audiat, jam debili exiſtente corpore, quidquid horum evenerit, mors proxima eſt.

L.

---

febris ſine rigore remittebatur .. Tribus quatuorve ante mortem diebus bis eos occupabat rigor, dum febris incrudeſcebat, ſed tantummodo ſemel die. In declinatione vero nonnihil ſudabant rigoris die.

XLVII. *Excretiones.* Sputa ſunt, quæ tuſsi, aut quoquo alio niſu expectorantur acutis in febribus, maximeque in pleuritide, & peripneumonia. Hæc ſi livida fuerint, uſto *caffe* ſimilia, aut ex toto ſanguinea, id eſt, nullo humore flavo aut pituitoſo perfuſa, itemque fætida, aut intenſe flava, mala ſunt. His adde viſcida, ſpumoſa, rotunda, alba ſeu cruda, viridia, nigra. *Si bene exereunt.* Id eſt, ſi facile, celeriter, & levi tuſsi exeant, doloremque, & febrim, & ſpirandi difficultatem minuant.

XLVIII. *Non intermittentibus.* Id eſt, continuis, ardentibuſque. *Lethale.* Præſertim ſi eo in caſu adſit linguæ ſiccitas, ſcabrities, jactatio corporis, hypochondrii tenſio.

XLIX. *Non intermittente.* Intellige continuam, acutamque. *Pervertatur.* Id eſt, diſtorqueatur. Si partium diſtorſiones conjungantur cum ſurditate, aut cæcitate ſtabili, aut ſumma virium jactura, aut ſudore, & reſpiratione frigidis, mors imminet. *Non videat.* In acutis morbis, integriſque ſenſibus ſæpe prius viſum prope mortem obſervavi, quam auditum periiſſe. *Jam debili.* Nam firmis viribus, ſigniſque aliis ſalutaribus concurrentibus, & prægreſsis concoctionum indici in uri-

L. Ubi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium acciderit, lethale.

LI. In febribus abſceſſus, qui ad primas judicationes non *ſolvuntur*, longitudinem morbi ſignificant.

LII. Quicumque in febribus, vel in aliis morbis ſponte illacrimant, nihil abſurdum; qui vero non ſponte, abſurdius.

LIII. Quibus circa dentes in febribus quidam lentores naſcuntur, his fortes fiunt febres.

LIV.

---

urinis alvique excrementis, poſſunt eſſe accidentia criticæ perturbationis, *aph.* 13. I. uti os diſtortum Metoni, *epid.* Sic labrum contractum alvi bilioſæ eruptionem ſignificat, *coac.* Sic oculorum diſtortio, aut cæcitas febrim ardentem ſolvit. *Judicat.*

L. *Non intermittente.* Scilicet acuta. Excipe tamen febrem ex pleuritide, aut peripneumonia ortam, in qua difficultas eſt reſpirandi ob pleuræ, pulmonumve inflammationem, cui tamen ſuperveniens delirium, niſi malum non dicitur, *aph.* 12. VII. *Difficultas ſpirandi.* Sive frequens, & exigua, ſive magna & rara, ſive ſublimis, ubi thorax attollitur multum & ſcapulæ, ſive ex abdomine coacta, in qua venter admodum elevatur in hauriendo aere. *Lethale.* Dummodo delirium, & ſpirandi difficultas cum acuta febre perſeveraverint.

LI. *Abſceſſus v. aph.* 31. Si abſceſſus non ſolvuntur primis evacuationibus, quæ fiunt diebus primis criticis, ut 7. 14. vel rectius, ſi abſceſſus non ſolvunt febrem die 27. 34. 40. morbum fore longum prædicito.

LII. *Sponte.* Uti quum prædolore, tuſsi, riſu, mæſtitia, cogitatione, aliove animi motu fluunt lacrimæ. *Nihil abſurdum.* Nihil eſt mali. *Abſurdius.* Malum eſt, modo ne oculus ægrotet ipſe. Sine voluntate lacrimare, mali morbi teſtimonium eſt. *Celſus.* Involuntariæ lacrimæ in acutis, ardentibuſque febribus, ſi ſine ſignis lethalibus apparuerint, profluvium ſanguinis de naribus; cum lethalibus ſignis, mortem ſignificant. I. *epid.*

LIII. *In febribus.* Potiſsimum continuis. *Lentores.* Id eſt, viſcidi, glutinoſique humores, qui dentibus aſsidue inhæreant. *Fortes.* Vehementioris, acerbioris, longioriſve febris indicia ſunt lentores hujuſmodi, ſi nullis concoctionis ſignis exiſten-

LIV. Quibus plurimum ſiccæ tuſſes leviter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum ſiti infeſtantur.

LV. Ex *bubonibus* febres omnes malæ, præter *ephemeras.*

LVI. Febricitanti ſudor ſuperveniens, febre non deficiente, malum: prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem.

LVII.

ſtentibus, nullaque ſpe intermiſsionis, dentes continenter obſident. „Periculoſiſsimum quoque eſt, *Holler.* ſi dentium in„tervalla nigreſcere videantur. Significatur enim magna adu„ſtio materiæ, & plerumque mors.“

LIV. *Plurimum.* Ex longioribus intervallis exponit *Holler.* ut intelligantur ſiccæ tuſſes *raro*, & leviter irritantes, in quibus nihil expuitur, aut quid tenue *vid. Martian.* 6. *epid.*

LV. *Bubonibus.* Tumores ſunt inflammatorii glandularum inguinalium, tum etiam axillarium, & jugularium. Aliquando autem una bubones erumpunt cum febre, aliquando non niſi poſt 3. 4. aut 5. febris diem. „Ac ubi cum bubone, vel „ex bubone febris naſcitur putrida, maligna eſt, ſive ſit pe„ſtilens, ſive non. Verum in febrium criſibus plerumque naſ„citur bubo ſine periculo. Sic & in virginibus inſtante tempo„re purgationis menſtruæ. Sed terreri non decet, quando cum „hujuſmodi bubonibus non ſunt vomitiones, deliria, urinæ „pravæ, languidus pulſus, carbunculus, & cætera ſympto„mata febris peſtilentis. Alias ſi hæc adſint, peſtilens eſt bu„bo, & periculoſus“ *Holler.* *Ephemeras.* Febres 24. horarum: interdum ad duos treſve dies extenduntur, ſine anfractibus tamen, *notante Cardano*, & reciprocationibus.

LVI. *Superveniens.* Non ſemel, aut iterum, ſed ſi ſæpius erumpat, nec ſubinde febrem tollat, aut imminuat. *Malum.* Nam vel mortem, vel longitudinem morbi ſignificant: illam quidem, ſi in acuta febre poſt vehementem ſudorum criſim ſuperveniant ſigna prava, qualia ſunt delirium, convulſio, perfrigeratio totius corporis, & ſimilia; hanc, quoties cum mediocri naturæ certamine, ſæpius ſudor recurrit, manente febre, ſine graviorum ſignorum acceſsione. *Jacot. in coac.*

LVII. Qui à *diſtentione*, aut *rigore* nervorum tenetur, febre ſuperveniente liberatur.

LVIII. A febre ardente *detento*, rigore ſuperveniente, ſolutio.

LIX.

LVII. *Diſtenſione.* Qua modo totum corpus, modo pars ſine voluntatis arbitrio trahitur aut contenditur, aut concutitur. *Rigore.* In hoc affectu recta cervix, aut totum corpus riget, quoniam æqualiter partes ante & retro tenduntur. *Superveniente v. aph.* 26. II. *Liberatur.* ,, Convulſionis remedium eſt ,, acuta febris ſuperveniens, quæ prius non fuit; aut, ſi qui- ,, dem prius extitit, jam invaleſcens" *coac. lib.* 4. n. 33. Duo tamen notanda ſunt: primum eam febri convulſionem ſolutum iri, quam crudi humores viſcidique gignunt; alterum, leviorem febrim nihil conferre poſſe iiſdem humoribus attenuandis diſcutiendiſque; majorem vero, quam vires ſuſtineant, eſſe periculoſam, *Holler. coac.* Febrim laudat *Jacotius ibid.* quæ cum rigore accedit. Rigorem caloremque quartanæ Alpinus deſiderat.

LVIII. *Ardente.* Hunc mihi caſum rariſsime contigit vidiſſe. Quod autem Hipp. ſoli cauſo, ſeu ardenti tribuit febri, plures ad continuam acutamque etiam febrem extendunt. Ardentis porro febris ſigna ſunt ſitis clamoſa, ingens æſtus, anxietas, ſeu jactatio corporis, & ſpirandi difficultas. Alii addunt linguæ ſiccitatem atque ſcabritiem, calorem ad tactum urentem, durum frequentemque pulſum, capitis, cervicis, atque lumborum dolorem. *Rigore ſuperveniente.* Si rigor, *aph.* 29. acutæ ardentive febri ſuperveniat die critico poſt concoctionis ſigna, & vigentibus viribus, rigoremque calor excipiat, huncque ſequatur multus calidus & univerſalis ſudor, aut copioſa dejectio, aut vomitus, aut ſanguinis fluxus è naribus, febrim tollere, aut ſic minuere conſuevit, ut brevi poſt evaneſcat. *Solutio.* Niſi vires ſint prælanguidæ, *aphor.* 46. niſi nulla, aut prava evacuatio conſequatur, uti frigidus, aut ſuperne tantum fluens ſudor, aut ſtillæ ſanguinis de naribus, aut ſinceræ dejectiones, vomituſque, aut urinæ perſpicuæ, niſi rigor cum ſignis malis appareat, cujuſmodi ſunt oculorum perverſio, ſupor, vigiliæ, convulſio, corporis perfrigeratio, exſolutio cum dolore capitis, oblivio, delirium. Mali quoque con-

LIX. Tertiana exquiſita ſeptenis circuitibus, quod longiſsimum eſt, judicatur.

LX. Quibus in febribus aures obſurduerunt, ſanguis ex naribus fluens, aut alvus turbata ſolvit morbum.

LXI. Febricitantem niſi diebus imparibus febris reliquerit, ſolet recidivare.

LXII.

---

continui ac frequentes ſunt rigores febrim, febriſque accidentia non ſolventes, aut mitigantes; nec ſi periodici fuerint chinachinæ cedentes, quippe qui aut interni viſceris inflammationem, aut ſolidorum dejectum ſtatum arguunt.

LIX. *Exquiſita.* Tertianarum aliæ ſunt exquiſitæ, aliæ nothæ, aliæ productæ: Exquiſitæ febres ſunt horarum 12. Nothæ 18. Productæ 24. aut 28. Exquiſitæ porro æſtate gignuntur in temperamentis regioneque calidis. Accedunt tertio quoque die cum rigore, mox fere vomitum vehementer movent aut alvum, inde ſitim ingentemque æſtum atque anxietatem; demum ſudore finiuntur copioſo, interdum etiam dejectione cum urinis plerumque crocei coloris. *Septenis circuitibus.* Id eſt, ſeptem periodis, quorum ſinguli 12. horarum cum ſint, tertio quoque die revertentes, horum ſeptem dies comprehendunt quatuordecim. *Judicatur.* Id eſt, finitur ex tot. Definit igitur febris hujuſmodi quinque, *de carnibus*, ſeptem, aut ad ſummum, *coac.* novem circuitibus, ſibi ſi relinquatur febris, *Gorter.* nec ab ægro, *Mercurial.* nec à medico, nec ab adſtantibus error committatur ullus: exquiſitæque naturam febris ſervet. *Idem.* „Nam tertiana anticipans prona eſt in conti„nuam, poſtponens in quartanam, vel lentam. Brevis ter„tianæ ſignum ſunt puſtulæ, ulcuſcula circa labia, nares, ſi„mul lotium cum ardore redditum, poſt 3. 4. paroxiſmum.“ *Apud Kleinium.*

LX. *Sanguis.* Dummodo multus profluat, & vires ferant, atque æger dormiat; ſecus vel delirium, vel convulſio ſequitur.

Turbata. Fuſa, ſoluta; in qua eadem obſervanda, quę *aph.*28. dicta ſunt. Ceterum ſolvit etiam dyſenteria accedens, aut genuum, *de judicat.* aliarumque ignobilium partium dolor ortus. *Alpin. de præſag.*

LXI. *Febricitantem.* Febre ardente, ac bilioſa, quæ diebus imparibns moveri, & finiri ſolet; ut die 5. 7. 9. 11. & 14. quæ

14.

LXII. Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum.

LXIII. Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſolvuntur.

---

14. dies, utut par ſit, rationem tamen habet ſeptenarii. *Recidivare*. Adde: *ut plurimum*.

LXII. *In febribus*. Continuis, acutiſque. *Morbus reg*. Icteritia etiam dicitur, qua bilis in corpus univerſum effunditur, cutis flaveſcit, cum dejectionibus cinereis, uriniſque croceis. Hic agitur de ea, quam non hepatis obſtructio movet, nec inflammatio, nec tumor, ſcirrhuſve, ſed bilis copia gignit atque impetus, inordinatique ſolidorum motus. *Malum*. Plerumque *Holler*. Sæpius quoque, *Idem in coac*. lethale, aut unde vix ægri convaleſcunt. Et ratio eſt, quia perraro materia inutilis ante 7. coquitur diem. Quidquid autem ſine coctionis ſignis apparet ſive evacuatio ſit, ſive abſceſſus, ſive icterus, ſalutare eſſe nequit. Quia autem evadunt, orta ante 7. icteritia, aut evadunt cocta materia quæ in morbis peracutis ante 7. coqui poteſt, aut non niſi ægerrime evadunt, ut ex *Epid. hiſt*. manifeſtum eſt; nec ſine aliqua evacuatione, aut ſanguinis de naribus curſu viribus integris ſubſequente. Neque ſemper eſt utilis icterus poſt 7. niſi ſi præceſſerint coctionis ſigna in excrementis, niſi validus ſit æger, & niſi crebrior vomitus aut dejectio ſequatur, aut urinæ multæ fluant, aut ſanguis prorumpat è naribus, aut ex hæmorrhoidibus, molli interim & ſine dolore ſubſtante hypochondrio dextero; quibus ſubinde ſolvatur febris, aut admodum remittatur, leviuſque æger habeat.

LXIII. *Quibus*. „Quibuſcumque in febribus intermitten- „tibus, quotidianis, tertianis, quartanis rigores, *aph*. 29. „aut horrores, aut frigora (rigoris enim nomine hæc tria hic „intelliguntur) incidunt quotidie, febres quotidie diſcutiunt, „habentque ſui paroxiſmi vacuitatem“ *Liebaut*. *Solvuntur*. Excepta hęmitritea febre, quę ex quotidiana continua, & tertiana intermittente componitur: „quando quidem, *Holler*. ea „habet quidem diebus alternis horrores, aut rigores, ſed non „ſolvitur, neque pervenit ad infebricitationem.“ *Novi præteritis annis febres quaſdam, quæ licet ſingulis diebus ſtatiſque cum rigore horis accederent & remitterent, tamen non ſolveban-*

LXIV. Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel undecimo, vel quartodecimo ſupervenerit, bonum, niſi dextrum *hypochondrium* obduruerit. Si vero non, non bonum.

LXV. In febribus circa ventriculum & fortis æſtus, & cordis morſus, vel dolor, malum.

LXVI.

---

bantur. Urinæ fere tenues ſaniſque ſimiles. Accidentia febrium non decreſcebant, ſicut febres, quamquam & ipſa mitigarentur. Ægri paullo poſt rigorem inſudabant, ſudorque trahebatur uſque ad rigorem novæ periodi. Hinc alacriores neque per id temporis deprehendebantur. China China non modo quidquam non prodeſſe, ſed febres exaſperaſſe videbatur. Donec aliæ bilioſa alvo, erumpentibuſque in cuti peticulis tollebantur. Aliæ in lethalem ſeu capitis, ſeu pectoris, ſeu viſcerum imi ventris inflammationem deſinebant.

LXIV. *Morbus regius. Vid. aph. 62. Bonum.* Si viribus integris ſequatur inſignis evacuatio, quę febrem minuat. *Niſi dexterum.* Id eſt, bonum plerumque eſt, dummodo dexterum hypochondrium, quę hepatis regio eſt, molle, ſine tenſione, & ſine dolore ſit. *Si vero non.* Id eſt, ſi morbus regius non apparuerit ullo horum criticorum dierum, aut apparuerit cum duritie, tenſione, doloreque dexteri hypochondrii, bonum non erit, ſeu ambigua res erit, ut *in coacis* ſcribitur. Nam „ ſi inflammatio eſt in jecinore quamvis in decretoriis, „ *ſeu criticis* diebus ſuperveniat morbus regius, malum eſt, „ quoniam jecur eſt affectum“ *Philotheus.*

LXV. *In febribus.* Acutis videlicet: de his enim fere ſemper *Hipp.* intelligit, *Holler. Cordis.* Rectius, *oris ventriculi.* Vellicatio igitur & lancinatio quę hoc in loco perſiſtat, quęque nec vomitu, nec alvo cita tollatur, cum ęſtu, ardoreque incidens, periculoſa res eſt. At longe periculoſior, ſi anxium reddit ęgrum; id tum accidit cum „ in varias figuras decubi- „ tus *is* transformatur, nec ullo conſiſtit loco, ſed varie ſe „ jactat, movet, rapit, modo ſe ſe attollens, modo ſe ſe de- „ turbans, modo in latus alterum, modo in ventrem & dor- „ ſum ſe ſe provolvens, nec ullum locum, vel ullam figuram, „ ullam formam decubitus nanciſcens, ubi acquieſcat.“ *Idem in coac.* Quod ſi una quoque partes extremę frigeſcant, cum exili celerique pulſu, & reſpiratione difficili, nihil amplius ſpei ſupereſt.

LXVI. In acutis febribus convulſiones, & circa viſcera dolores fortes, malum.

LXVII. In febribus *per ſomnum* timores, vel convulſiones, malum.

LXVIII. In febribus ſpiritus offendens malum; convulſionem enim ſignificat.

H LXIX.

LXVI. *Convulſiones.* Vid. *aph.* 57. *hujus ſect.* & 26. II. *Circa viſcera Holler.* intelligit omnia interanea, ut pulmonem, cor, ventriculum, inteſtina, lienem, hepar. *Malum.* Malum quidem eſt, acute febrientem convulſionibus corripi, pręſertim protracto morbo (nam ineuntem interdum ſolvunt, *coac.* 5.) ſed longe peſsimum, ſi febri ardente, *aph.* 58. torreatur, *Galen.* Mortem vero haud hęſitanter prędicito, ſi convulſiones in acutis febribus oriantur poſt ſudores, vomitus, dejectiones, hęmorrhegiaſque morbum non levantes; itemque ſi plures eis alię malę notę prędecedant, aut comitentur, aut ſubſequantur, cujuſmodi ſunt viſcerum dolores ingentes, aſsiduæ vigiliæ, deliria, anxietates, extremorum perfrigerationes, frigidi ſudores, ſpirandi difficultates, pulſuum depravationes, vociſque, & ſimilia. Quæ vero phrenitidi ſuccedunt convulſiones, quæque tremorem in acuta febre ſubſequuntur, & quæ fractis diſſipatiſque viribus excitantur, mortem præ foribus eſſe prænunciant ſic, ut æger tertium, quartum, aut quintum diem evadere nequeat. Sic de doloribus circa viſcera immanibus eſt judicandum, ſi cum ardente febre ſumma virium debilitas aliaque prava ſigna conjungantur.

LXVII. *Timores.* Repentinæ cum timore expergiſcentiæ, ſi ſæpius in acutis accidunt, plerumque in delirium deſinunt, aut phrenitidem. *Malum.* Quin imo lęthale, quemadmodum *aph.* 1. III. eſt enim ſomnus laborem faciens, qui, ſi præter conſuetudinem in acutis febribus perſeveret, fere necat.

LXVIII. *Spiritus offendens.* Reſpiratio interciſa, interrupta, duplicata, qualis gementium puerorum. *Malum.* Pernicioſa res eſt hujuſmodi reſpiratio in acutis febribus, lethalis vero, ſi cum virium languore incidit, *Alpinus.* Si reſpiratio „ inquit *Holler.* ceſpitat, ut ita dicam, & offenſat: ſi item „ pulſus, malum eſt, & admodum lęthale, quia convulſionem „ indicat: “ *qua de vid. aph. 66.*

LXIX. Quibus urinæ ſunt craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febre, ſi *ab his tenues, & copioſæ reddantur*, juvant; præcipue vero tales veniunt, quibus ab initio, vel brevi *ſedimentum* ineſt.

LXX. Quibus urinæ perturbatæ, quales ſunt jumentorum, his dolor capitis vel adeſt, vel aderit.

LXXI. Quibus ſeptima *die ſutura criſis eſt*; his nubeculam habet quarta die urina *ſubrubram*, & alia ex ratione.

LXXII.

LXIX. *Non ſine febre.* Id eſt, cum lenta febre. *Tenues.* Id eſt, mediocriter craſſæ. *Ab initio, vel brevi.* Scilicet 4. die, aut non ita multo poſt, ut ſeptima.

LXX. *Quibus.* Adde, per febres, ex *Holler. aliiſque* urinæ redduntur, ſeu minguntur perturbatæ, id eſt, craſſæ, confuſæ, turbidæ, quales jumenta reddunt ſic, ut repoſitæ non ſubſideant, neque clareſcant. *His dolor capitis.* Non eſt intelligendus Auctor quod ſolum capitis dolorem præſentem futurumve ſignificent; quandoquidem & delirium, & alia ſolent ſignificare, ſed quod hunc fere ſemper prænuncient: quamquam pro, * *cephalaria*, * poſſumus etiam intelligere quemlibet capitis laborem. *v. Mercurial.* Rurſum ad veritatem *aph.* neceſſe eſt, ut turbidæ aliquot diebus perſeverent, neque ſint criticæ, minimeque ante ipſas coctionis ſina in iis apparuerint, *Idem.* vitiumque renum abſit, aut veſicæ. Nec illud ignorandum, hujuſmodi urinas in vehementi febre infirmiſque viribus perſeverantes fere convulſionem & mortem accerſere; viribus vero validis, mitiorique febre, morbum trahere vel uſque ad diem quadrageſimum. *Noviſſime vidi hujuſmodi urinas à muliere redditas utero gerente & febre non magna laborante. Dolor capitis acerbiſſimus ei erat. Saneſcens viſum fere amiſit. Diu morbo conflictabatur, & fœtum quoque eliſit ægrotans.*

LXXI. *Criſis.* Solutio morbi hoc loco intelligenda ex *coacis* eſt. *Nubeculam.* Contentum illud, quod in ſuprema parte urinæ conſpicitur, nubeculæ ſimile, interdum in media, interdum quoque in infirma. *v. preſag. lib.* 2. *Et alia.* Id eſt, ſolvetur 7. morbus, ſi coctionis ſigna in urina perſpecta die quarta, ſalutaris ſequatur evacuatio quinta die, aut ſeptima iis in morbis, qui celeriter moventur.

LXXII. Quibus urinæ albæ, & perſpicuæ, malæ, preſertim ſi in *phreniticis* appareant.

LXXIII. Quibus *hypocondria*, elevata murmurant, lumborum dolore ſuperveniente, his alvi humectantur, niſi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proveniat; hæc vero in febribus *accidunt*.

LXXIV. Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, liberat ab abſceſſu urina multa, craſſa & alba, facta, qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdam incipit fieri. Si vero etiam ex naribus fluxerit ſanguis, brevi admodum ſolutio fit.

LXXV.

LXXII. *Quibus*. Adde: acute febrientibus. *Urinæ albæ*. Id eſt, tenues, aquoſæ, pellucidæ. *Malæ*. Ubi tales, morbo increſcente, redduntur, cum antea rubræ craſsioreſque fluxerint, periculum eſt, ne capitis ſequatur dolor, aut ſurditas, aut delirium, aut convulſio, niſi inde hæmorrhagia ſuperveniat critica, vel alvi fluxus, vel dyſenteria, vel abſceſſus. Neminem ex phreniticis ſervatum cum urinis hujuſmodi obſervavit *Galenus*: neque exitiales minus ſunt delirantibus per acutas febres, ſi cum virium proſtratione excernantur; quemadmodum viribus firmis & robuſtis exiſtentibus ſola morbi longitudo ſignificatur, *Mercurial.* Quin & in morbis longis, ubi eſt cruditas, & obſtructio gravis, ſi eædem ipſæ perſeverent, & vires diſſolvantur, mors expectanda, *Holler*.

LXXIII. *Hypocondria. v. aph.* 40. VI. *Elevata*. Ob diſtenta inteſtina flatu, aut etiam fæcibus. *Humectantur*. Id eſt, alvi fluor ſequitur.

LXXIV. *Quibus*. Si putas, materiam incumbere poſſe in articulos, ibique abſceſſum, *aph.* 31. creare, quod in quibuſdam continuis febribus ex ſuccis crudis craſsiſque ortis, corporis laſsitudinem, articulorumque dolores inferentibus accidere ſolet; non expectabis abſceſſum, ſi repente æger reddit craſſas multas albaſque urinas, aut alvus ei fluat copioſius, aut profuſio ſanguinis de naribus fiat. *Quarto die*. Intellige & reliquos indices, criticoſque, ut 7. 11. 14. 17. 20. Sed *Hipp.* tantummodo 4. nominat, quod laborioſis his in febribus, in quibus tanta laſsitudo eſt corporis, ut moveri corpus ſine dolore nequeat, ſæpe ſolutio ſolet accelerari, *Hollerius*. *Apud*

nos

LXXV. Si ſanguinem, & pus mingat, renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.

LXXVI. Quibus in urina craſſa exiſtente, carunculæ parvæ, ac veluti capilli una exeunt, his à renibus excernitur.

LXXVII. Quibus in urina craſſa, furfurea quædam ſimul exeunt, his veſica ſcabie laborat.

LXXVIII. Quicumque ſponte ſanguinem mingunt, his *in* renibus venulam ruptam ſignificatur.

LXXIX.

---

nos perraro humores articulos cum dolore occupantes, eoſque inſtantes, ſuppurant; ſæpe vero dolores, ſuppurationeſque in ſpatiis articulos interjacentibus fiunt. Et ſi dolorem, v. g. lumborum, oſsis ſacri, coxarum, crurumque non levant ſudores, toto corpore ubertim fluentes, ſuppurationis indicia eſſe, plus ſemel didici, iis in partibus, quæ dolore infeſtantur.

LXXV. *Et.* Scilicet copulative exponi * ê, * debet; ſecus falſa prorſus eſſet *Hipp.* ſententia: nam plures ſanguinem mejunt ſine ulcere renum, aut veſicæ; quidam interdum & pus ſine vitio harum partium.

LXXVI. *Quibus.* „Si urina craſſa“ inquit Celſus „carun„culas quaſdam exiguas, aut quaſi capillos habet, utique in „renibus vitium eſt.“ Nimirum tales carunculæ, capillis ſimiles è renibus excernuntur, niſi dolor pubem, inguina, aut interfeminium occupans, beſicam laborare, ſuadeat. Quippe non urinæ qualitas ſedem morbi, ſed dolor indicat, nam ubi dolor, fere & morbus ibi eſt.

LXXVII. *Furfurea.* Inſtar furfuris tritici. *Scabie.* Excoriatione, ac veluti ſcabie, cui fere dolor, pruritus pudendi, ac fœtor accedit.

LXXVIII. *Sponte.* Id eſt, *ſine cauſa manifeſta*, ullove ſigno veſicæ ulcere affectæ; aut repente, & confertim ſanguinem mingunt. *In renibus.* Inſuper è renibus proveniens ſanguis vel ex eo cognoſcitur, præter quam quod ſine dolore renum, veſicæve funditur, ubertim etiam fluit, intimiuſque urinæ commiſtum mingitur, nec fere coit poſtquam ſubſederit: parcior vero puriorque, ſæpe etiam grumoſus mingitur, qui è cervicis fundique veſicæ vaſis fertur, & difficulter emittitur, veſicæque dolores & partium, quæ cum ea conſentiunt, movet. *Vid. aph.* 80.

LXXIX. Quibus in urinis renoſa *ſubſidunt*, his veſica laborat calculo.

LXXX. Si ſanguinem *mingat*, *&* grumos, *&* ſtillicidium urinæ *habeat*, & dolor in imum incidat ventrem, & *interfeminium*, circa veſicam *morbus* eſt.

LXXXI. Si ſanguinem, aut pus *mingat*, aut ſquamulas, & gravis odor adſit, veſicæ exulcerationem ſignificat.

LXXXII. Quibus in urinaria fiſtula tubercula naſcuntur, iis ſuppuratione facta, & eruptione, ſolutio.

LXXXIII. Mictio noctu plurima facta parvam ſignificat dejectionem.

APHO-

LXXIX. *Quibus.* Vix unquam veram ſententiam hanc deprehendes, niſi * *pſamoodea*, * *arenoſa*, legas cum Zecchio *lutoſum*, ſive *argilloſum quid*, veluti narium mucus, matulæ fundo tenaciter inhæreſcens; aut cum Beverovicio * *hyphiſtatai*, * *ſubſident*, legas, *ſiſtuntur*, ut ſenſus ſit, eos veſicæ calculo laborare, quibus ſabuloſa, quæ excerni ſolent, in urina remanent, ac in veſica ſiſtuntur.

LXXX. *In imum.* Ad pectinem, quin & in ipſo pectine. *Circa.* Id eſt, veſicæ cervix, aut veſica ipſa graviter afficitur.

LXXXI. *Significat.* Adde ex *Celſo*: *idque ipſum*, nimirum ſanguis, pus, ſquamulæ, *cum difficultate redditur*, *&* *circa pubem interiores partes dolent.*

LXXXII. *Urinaria fiſtula.* Fiſtula, ſive meatus urinarius, canalis is dicitur, qui à veſicæ ortus cervice ad penis finem pertingit, urinæque reddendæ inſervit. *Tubercula.* Tuberculum parvus tumor eſt, ſolitus meatum obſidere urinarium, & veſicæ cervicem; ideoque mejendi difficultatem & dolorem parit. Id ipſum ſi ſuppuret, emittaturque pus, ſanitas redit; ſin minus (non enim omnia ſuppurant) ſæpe homo moritur ob interceptam urinam, graviaque accidentia cum tumefactione pubis. *Vid. Holler.*

LXXXIII. *Plurima facta.* Ab eo, qui ſolitum potum, & cibum aſſumpſerit.

APHORISMORUM HIPPOCRATIS

SECTIO V.

I. CONvulſio ex elleboro lethalis eſt.
II. Convulſio ex vulnere lethalis eſt.

III.

I. *Convulſio. v.* 57. IV. *Elleboro.* Scilicet albo, qui vomitum violentiſsimum ciet. *v. aph.* 13. IV. *Lethalis.* Præſertim ſi convulſio immoderatam purgationem ſequatur: nam circa initia purgationis orta convulſio interdum conquieſcit circa finem, *ex Holler.* Sententiam autem non de ſolo elleboro veram eſſe, ſed de medicamentis quibuſcunque cum prævalide purgantibus, tum venenoſis, ſætumque ejicientibus, plures affirmant.

II. *Vulnere.* Tum etiam luxatione, uſtione, contuſione, fractura, punctura. *Lethalis.* Subaudiendum: *plerumque ex Gal. aliiſque.* Ceterum convulſionum alias aliis eſſe periculoſiores, uſus atque obſervata teſtantur. Eiſdemque evincitur, eas ipſas in aliis corporibus minus, in aliis plus eſſe metuendas. In hyſtericis, inque hypochondriacis hominibus interdum vel leve vulnus, contuſio, ulcuſque dolens convulſiones movet, quas levatus brevi dolor ſolvit, aut exeunte pure intus concluſo, aut tumore læſæ partis, inflammationeque diſcuſsis. Contractiones artuum, concuſsioneſque, quæ in hiſce morbis, gravioribus licet, per ſomnum fiunt, præſertim ineuntem, iis minus habent periculi, quæ in vigilantibus excitantur. Sed his quoque tentatus homo interdum convaleſcit; nullum vero ſervatum, quos viderim, eorum, fuiſſe memini, cui recta & immobilis cervix ſive continenter, ſive viciſsim intenditur, aut caput ſcapulis, aut mentum pectori adnectitur; cui quidem peſtifero convulſionis generi ſæpe conſertæ præcedunt maxillæ, interdum ſtridor dentium, interdum labiorum diſtorſio, interdum tarda aut depravata verborum pronunciatio, interdum læſa deglutitio; ortiſque convulſionibus hujuſcemodi omnis me-

di-

III. Ubi ſanguis plurimus fluxerit, convulſio, aut ſingultus ſuperveniens, malum.

IV. Ex *immodica* purgatione convulſio, aut ſingultus ſuperveniens, malum.

V. Si ebrius quiſpiam repente obmutuerit, convulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut ubi ad horam pervenerit, qua ſolvuntur crapulæ, vocem recuperet.

VI.

---

dicina fere eſt ſupervacua, vel ſi læſæ partes ferramentis, aut oleis adurantur, aut nervi, tendineſve ex toto præcidantur, ut Galenus probat, ſcalpello. *Viro ætatis 45. annorum frangebatur tibiæ os, qua tarſi oſſibus jungitur. Vulnus fracturam ſequebatur. Repoſitis oſſibus contra Hipp. monitum crura utraque poſtridie contrahebantur ſæpe, vehementerque, totum corpus concutiebatur. Solutis me ſuadente vinculis, dimotiſque è ſede oſſibus convulſio extemplo deſiit, ſenſimque etiam dolor, homoque claudus, lubens tamen ſuperſtes fuit.*

III. *Ubi ſanguis v. aph. 9.* VII.

IV. *Immodica purgatione.* Id eſt, nimia evacuatione aut medicamentis facta, aut ope naturæ concitata. Ex elleboro ortam cum ſubſequente convulſione lethalem ſcripſit eſſe I. *aph.* ceteras dumtaxat malas hic appellat *Hippocrates. Celſus* vero tam convulſionem medicamentis partam, quam quæ inanem invadit hominem, dumtaxat periculoſam vocat. Inanemque intelligere videtur, eum qui quamplurima ſine medicamentis vomit ac dejicit, qualis is eſt, qui cholera corripitur. Ex profuſiore enim alvo, vomituque ingens ſæpe coxarum, crurumque dolor, torporque prehendit, ſæpe quoque eorundem contractio, nec tamen inde omnes pereunt, ſed plures etiam ad ſanitatem perducuntur; quibus potiſsimum ſuccurritur, demiſſo in aquam calidam corpore.

V. *Si ebrius.* „Rarus eſt apud nos is caſus, nempe derepente obmutuſcere ex ebrietate, & convulſos exanimari. Sed „ſæpe accidit noſtris ut per ebrietatem fiant phreniticis ſimiles „& delirent, donec vinum edormierint.“ *Holler. Quos ipſe vidi, duos vero treſve, non plures vidi, ex ebrietate obmuteſcentes reſoluto jacebant corpore, amiſsiſque ſenſibus apopleticorum inſtar, ſed ſine oris alterotriuſque paralyſi lateris, quæ in his plerumque obſervatur. Liberabantur autem ebrietate diſcuſſa*

mo-

VI. Quicunque *nervorum rigore* corripiuntur, in quatuor diebus pereunt; ſi vero has effugerint, ſani fiunt.

VII. Quibuſcunque morbi comitiales fiunt ante pubertatem, *in pubertate*, mutationem accipiunt; quicunque autem vigeſimo quinto, *plerumque* commoriuntur.

VIII.

---

modo vomitibus, modo ſudoribus, modo ſiti, uriniſque. Convulſus moritur. Non particulari, ſed univerſali convulſione ob affectum cerebrum, *Liebaut. Niſi febre corripiatur.* Quæ ſit convulſioni analoga, id eſt, apta ad diſcutiendam ebrietatem, & niſi corripiatur, *ex Martiano*, ſtatim ac voce privatur: nam ſi poſtea febris ſupervenit, plerumque moritur. *Ad horam.* Incertum eſt tempus, quo crapula, ſive ebrietas ſolvitur. *Oribaſius* cenſet, id accidere 7. aut 9. hora. *Galen. ex Hipp.* 2. aut 3. die. Sed tempus variat pro diverſitate naturarum, corporumque; & vinorum indole, quantitate, ac viribus, locorumque, in quibus homo degit.

VI. *Nervorum rigore.* In hoc maxillæ velut ligna configuntur, os aperire nequit, oculi illacrimantur, ac pervertuntur, dorſum rigidum eſt, crura, neque manus ſimiliter adducere poteſt, facies rubeſcit, & vehementer dolet, & ante mortem potionem per nares rejicit; 3. aut 5. aut 7. aut 14. die perit; quos ſi effugerit, convaleſcit, 3. *de morb. Sani fiunt.* Siqua evacuatio, aut ſiqua febris ſuperveniat, quæ convulſionem mitiget, bene ſperare de ſalute poſſumus, protracto ultra quartum diem morbo, *Alpinus*; nihil tamen inde certi pronunciantes nam experientia conſtat, *Gorterus*, homines tales etiam poſt ſeptimam diem periiſſe. *Hoc affectum morbo ſine cauſſa externa ſenem ſolum vidi. Iſque 9. miſerrime periit. Converſa enim erat ei febris in hunc peſſimum morbum. Vivens nutriebatur indito alimento per dentis dudum evulſi cavitatem. Nulla profuere remedia; nec vel in calidum oleum totum deſcendiſſe quicquam juvit. Vid. aph.* 57. IV.

VII. *Comitiales v. aph.* 45. II. Poſt annum 25. morbus hic ortus ægre curatur: multoque ægrius is, qui poſt 40. annum cœpit; adeo ut in ea ætate aliquid in natura ſpei, vix quicquam in medicina ſit. *Celſus. Commoriuntur.* Id eſt, ad mortem uſque comitantur.

VIII. Quicunque *pleuritide* laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, hi ad ſuppurationem vertuntur.

IX. Tabes fiunt maxime ætatibus à decimo octavo uſque ad trigeſimum quintum *annum.*

X. Quicunque ab angina liberantur, his *ſi morbus* ad pulmones vertitur, in ſeptem diebus pereunt; ſi vero has effugerint, ſuppurantur.

XI. Qui tabe moleſtantur, ſi ſputum quod extuſſi-

I

VIII. *Pleuritide v. aph.* 23. III. *Repurgantur.* Si pleuritis intra quatuordecim dies ex toto non tollitur ſeu ſputis, ſeu ſudore, ſeu urinis, ſeu qualibet alia evacuatione, ſed dolor adhuc, & tuſsis, ſitiſque, & calor, & cibi faſtidium, & ſpirandi difficultas, & febris perſiſtit, quantumvis imminuta, expectanda fere eſt ſuppuratio, ſive humoris morbum facientis in pus mutatio, quod plerumque in cavitatem pectoris effunditur, quam occupat dolor. Eſt etiam interdum ubi ceſſat dolor primis diebus, coloremque amittunt ſputa, ſed tuſsis, ſitis, vigiliæ, & febris permanet acuta: hanc delirium ſequitur; demum 11. aut 14. pus excreari multum incipit. Porro inter pleuritides eæ potiſsimum ſuppurant, in quibus aut alba crudaque feruntur ſputa, unaque ſpumoſa, aut viſcida, aut, *Riverio* obſervante, admodum ſanguinolenta.

IX. *Tabes.* Quæ à pulmonum exulceratione excitantur; morbus phthiſis dicitur.

X. *Angina.* Id eſt, latente, cum nec in faucibus, nec in collo tumor eſt, & dolor vexat, & vix ſpiritus trahitur. *v. lib.* 3. *præſag. Suppurantur.* Pus iis in pulmone colligitur, aut in ſpatium thoracis effunditur. Id quum accidit, funeſtum appellat *Heurnius*, additaque confirmat hiſtoria. *Ipſe nuper ſenem habui ſeptuagenarium hujuſmodi angina laborantem, ſputaque paullo poſt initium morbi ejicientem putrida cum tuſſi è pulmonibus, qui die* 14. *angina perſeverante ad plures migravit.*

XI. *Qui tabe.* Id eſt, phithiſi, *aph. 9.* Non tanquam mortis ſignum in phthiſicis, ſed proximæ, *ſputi fætorem* & capillorum defluxum proponit *Hippocrates.* At plurium phthiſicorum ſputa nec male olent injecta carbonibus, nec iis capilli, niſi admodum extenuatis ante mortem defluunt. Interdum etiam ſpu-

ſiunt grave olet injectum carbonibus, & capilli è capite defluunt, lethale.

XII. Quibuſcunque tabe laborantibus capilli à capite defluunt, hi alvi profluvio ſuperveniente moriuntur.

XIII. Quicunque ſpumoſum ſanguinem exſpuunt, his è pulmone eductio fit.

XIV.

ſputa fœtent, capillique decidunt longe ante eandem. Mortis quoque proximæ ſignum dicitur ſputum in aquam marinam projectum, aut cui ſalis ſubduplum liquefacti inſit, ſi fundum petit. Sed quæ iſthæc eſt tutior nota, niſi ſi conjungatur cum aliis vicinæ mortis indiciis. Cujuſmodi ſunt extenuato infirmatoque corpore ſputi ſuppreſsio, aut diminutio, aut ejuſdem difficilis & cum metu ſuffocationis excretio, aut perſeverans ſputi in pectore ſtrepitus, aut alvus ſoluta, aut difficilis reſpiratio, maximeque ſi ſublimis fuerit, aut perquam frequens, exiliſque, aut intercepta. Mortem quoque maturant ſudores copioſi, ac potiſsimum frigidi. Nugæ, & deliria; itemque pulſus imbecilli exileſque facti, & narium conſtrictio propinquam mortem declarant.

XII. *Tabe.* Scilicet inveterata, confirmata, *aph.* 11. In hac, ait *Celſus* „ubi capilli fluunt; ubi urina quædam araneis „ ſimilia ſuperſidentia oſtendit, atque in ſputis odor fædus eſt, „ maximeque ubi poſt hæc orta dejectio eſt, protinus moritur: „ utique ſi tempus autumni eſt, quo fere, qui cetera parte „ anni traxerunt, reſolvuntur.“ Ex quo patet alvi profluvium in phthiſi: ſolum inveterata pertenuique corpore certum eſſe proximi exitii ſignum, ſi permanat, maximeque ſi ſpuere æger deſinat. Plures enim phthiſici, nec tamen exhauſti, alvi fluxu corripiuntur, qui brevi conquieſcit; interdum etiam eo nonnihil levantur; quod minus tuſsiant, minus ſitiant, minus cibum faſtidiant.

XIII. *Exſpuunt.* Rectius, *extuſsiunt*, ut alii legunt, Celſus, *exſcreant.* Utroque modo è pulmonibus educitur ſanguis plerumque ſpumans vividus & ſine dolore, ſæpe etiam ſanguinei ſputi ſonus percipitur in trachea ab ægro; ſæpe etiam à medico; eſtque certiſsimum omnium ſputi è pulmonibus educti ſignum, ſpuma licet deſit, vividuſque ſputi color. *Vid. aph.* 25. IV.

XIV. A tabe detento profluvium alvi ſuperveniens, lethale.

XV. Quicunque ex *pleuritide* ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur à die, qua fit ruptio, liberantur: ſi vero non, ad tabem tranſeunt.

XVI. Calidum, ubi quis ſæpius eo utatur, hæc mala

XIV. *Tabe v. aph. 9. & 11.* Si ingentem extenuationem alvi fluxus ſequatur, mors in propinquo eſt. Fere enim tunc temporis evenit, ut ſupprimatur, aut imminuatur ſputum, quodque redditur, multo difficilius excreatur difficultas reſpirandi aut oritur, aut increſcit; vox fit rauca, exiliſve, pulſus, vireſque deficiunt, nec æger appetit, nec ſuſtinet cibum. *Tabidam novi virginem, toto trimeſtri, quo alvus fluebat, nec tuſsientem, nec quicquam expectorantem, exſiccata vero ante mortem alvo, tuſsique, atque ſputo redeunte putrido miſerrime conſumptam. Phthiſi raptam fuiſſe, erant qui negarent, poſt longam tuſsis ſputique vacuitatem. Secto andavere pulmo læva parte fœdiſsimo pure replebatur.*

XV. *Pleuritide v. aph. 23.* III. *Suppurantur v. aph. 10.*

Purgantur. Id eſt, ſi pus omne excreetur intra 40. dies, ducto calculo non à prima pleuritidis die, ſed à die, qua puris eruptio facta eſt, quæ fere ſolet fieri die 20. 30. 40. rariſsime 60. *Liberantur.* Valetudinis futuræ ſigna ſunt, ſi febris, niſi prima die, qua puris eruptio facta eſt, conquieſcit, certe imminuitur in dies, quo ad uſque finitur ex toto; ſi tuſsis intra quadraginta dies ceſſat, ſi dolor depellitur, ſi difficultas reſpirandi tollitur, ſi ſomnus, & alacritas redit, cibique incipit cupiditas. *Si vero non.* Id eſt, ſi perſtat febris, ſitis, dolor, vigilia, cibi faſtidium, per noctem ſudor, & ſpirandi difficultas ad tabem æger tranſit, citiuſque eo fere moritur, qui in eandem ipſam è ſanguinis ſputo incidit. *Tranſeunt.* Adde: plerumque. *Ipſe evaſiſſe famulum memini, multo pure intra quatuor menſes ex ore rejecto, longoque interim alvi profluvio, nocturniſque una ſudoribus, & lenta febri exhauſtum & prope confectum. Initio lateris apertionem recuſaverat.*

XVI. *Calidum.* Intelligendum hoc loco de balneis, perfuſionibus, irrigationibus, injectionibus, fomentis calida factis.

Effœminationem. Languorem. *Incontinentiam.* Infirmitatem.

Pro-

la affert; carnium effœminationem, nervorum incontinentiam, mentis torporem, profluvia ſanguinis, animi *defectiones ad quæ quidem mors ſequitur.*

XVII. Frigidum autem convulſiones, diſtenſiones, livores, rigores febriles *efficit.*

XVIII. Frigidum inimicum oſsibus, dentibus, nervis, cerebro, ſpinali medullæ; calidum vero utile.

XIX. Quæcumque refrigerata ſunt excalefacere oportet, exceptis *iis*, *è* quibus ſanguis fluit; aut fluxurus eſt.

XX.

Profluvia ſanguinis. Non tamen in omnibus, ſed in iis dumtaxat, qui obnoxii ſunt ſimilibus evacuationibus ſive è naribus, ſive ex ore, ſive ex utero, ſive ex hæmorrhoidibus, ſive ex veſica. *Animi defectionem.* Hanc movent interdum balnea nimium calida, nulla præcedente profuſione ſanguinis, neque necare eum ſolet, cui ſtatim atque ea ceperit, frigida ſuccurratur. *Adoleſcens ob inſaniam in balneum calidi demiſſus, animique defectione correptus, ubi animam efflavit. Ante balneum large ei quater miſſus eſt ſanguis. Mors ſequitur.* Non ſemper, ſed aliquando. *Ex Oribaſ.*

XVII. *Frigidum.* De frigido immoderato loquitur, aqua frigida, aere, ceteriſque frigidis rebus. *Convulſiones.* Motus convulſivos, *aph.* 57. IV. *Diſtenſiones.* Nervorum rigores, *aph. cit.* & 6. V. *Livores.* Nigrores partium frigore correptarum: unde pedes interdum nimio frigore emoriuntur, & abſcedunt. *Rigores v. aph.* 20. qui febrem excitant.

XVIII. *Frigidum.* Id eſt actu frigidum. *Nervis.* „Ob id „*Galenus* paſsim prohibet in vulneribus, ſi quis nervus ſit læ„ſus, ne exponatur frigori, eo quod periculum eſt, ne oria„tur ſtupor, paralyſis, vel convulſio.“ *Holler.*

XIX. *Refrigerata.* Adde: *quæ refrigerationis damna, aph.* 20. *perſentiunt. Fluit.* Sic, ut ſanguinis effluxus ſit, aut metuatur ingens. Intelligere oportet; „*Hippocratem* hoc loco „agere de hæmorrhagia, quæ fit rupta vena à frigore. Unde „alibi dixit, frigidum rumpit venas“ *Holler.* His igitur in caſibus „calefacere non oportet, ne calidum fuſionem faciens, „& rarefaciens vehementius noceat“ *Philotheus.*

XX. Ulceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, *livores* obducit, rigores febriles, convulſiones, diſtenſiones *efficit.*

XXI. Eſt autem ubi in diſtenſione ſine ulceratione, juvene bene carnoſo, æſtate media, frigidæ aquæ multa perfuſio calorem revocat; calor autem hæc ſolvit.

XXII. Calidum *ſuppurationem movens*, non *tamen* in omni ulcere, magnum *eſt* ad ſecuritatem indicium; cutem mollit, extenuat, dolorem ſedat, rigores, convulſiones, & diſtenſiones mitigat, & ex his, quæ ad caput attinent, ejus ſolvit gravitatem. Plurimum autem confert oſsium fracturis, ſed nudis præcipue, eorumque maxime, qui in capite ulcera habent; & quæcumque à frigore moriuntur, vel ulcerantur, *herpetibus denique excedentibus*, ſedi, pudendis, utero, veſicæ; his calidum amicum & judicans, frigidum inimicum, & perimens.

XXIII.

XX. *Mordax.* Ideoque cavendum, ne ulcera primo tempore frigidis madefiant, *de fract. Inſuppurabilem.* Id eſt, frigidum efficit, quo minus materia in pus vertatur. *Livores v. aph.* 17.

XXI. *Eſt autem.* Id eſt, interdum contingit, ut tetanus, ſive nervorum rigor, *aph.* 57. IV. ſolvatur adhibitis perfuſionibus ex frigida, ſervatiſque iis, quæ in hoc aphoriſmo notantur. Meminit, inquit *Liebautius*, hujus curationis *Hipp.* 3. *de morb.* his verbis: *Aquam frigidam plurimam ſuperfundito, & poſtea veſtimenta tenuja, pura ac calida ſuperintegito ignem autem tunc non abhibeto. Hoc auxilium & ad tetanos, & ad opiſthothonos* „ in quibus caput ſcapulis adnectitur " *adhibe.* Perraro tamen accidit, ut hi morbi ſolvantur perfuſionibus ex frigida, ipſeque *Celſus* has reticet, calida balnea, humidaque fomenta proponens.

XXII. *Suppurationem.* Id eſt, calidum, in quo ulcere pus movet, ſaluberrimum eſt. *Rigores.* Hic inſignem frigiditatem intellige. *Convulſiones v. aph.* 57. IV. *Fracturis.* Adde *ex lib. de fracturis: & in omnibus circa articulos læſionibus. Herpetibus exod.* Ulcera ſunt inæqualia cœno ſimilia, quibus multus hu-

XXIII. In his frigido utendum, unde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, non ad ipſa, ſed circa ipſa unde influit: & quæcumque inflammationes, vel *ardores* ad rubrum, vel ſubcruentum ſanguine recenti tendunt; nam veteribus nigredinem affert. Eryſipelas etiam non ulceratum juvat; nam exulceratum lædit.

XXIV. Frigida, qualis nix, & glacies, pectori inimica, tuſſes movent, & ſanguinem, & deſtillationes.

XXV. Tumores articulorum, atque dolores abſque ulcere, & podagricos quoque, atque convulſa; horum plurima frigida aqua large affuſa levat, & extenuat, ſolvitque dolorem, nam modicus torpor dolorem ſolvit.

XXVI.

---

humor glutinoſus ineſt, odor intolerabilis, majorque, quam pro modo ulceris, inflammatio; & quæ celeriter ſerpendo, penetrandoque uſque ad oſſa corpus vorant.

XXIII. *Non ad ipſa.* Id eſt, non quidem ſauciatæ parti admotum, ſed circa ipſam. *Inflammationes.* Hic flammeam intellige alicujus partis caliditatem ſine tumore, & renixu. *Ardores.* Quum pars aliqua vehementer rubet, velut à flamma uſta. Vulgus ignem appellat. *Eryſipelas.* Quo ſæpe prehenſus Macopius hoc ſolo præſidio, cetera averſatus, delectabatur. At ubi multa & tenax materia ſubeſt, ingenſque obſtructio morbum parit, cui diſſolvendæ impar ſit canalium contractio quam frigus excitat; frigidæ perfuſio plus nocet, quam proſit.

XXIV. *Sanguinem.* Frigidum, ut nix, & glacies, valde venas diſrumpit. 6. *epidem.* Hac ſententia perperam intellecta pleuriticis plerique pocula calidiora quoquo anni tempore ad ſputum exhibent evocandum, ſpiritumque difficilem expediendum. Quibus tamen ſæpe pulmonem reſiccari, uſuvenit, ſputumque ſupprimi, & ſuppurationem inde excitari. Ideoque alibi *Hippocrates* potum ad hos morbos laudat hieme calidum, æſtate frigidum; non qualem frigidi fontes, puteique ſuppeditant, ſed qualem aer efficit æſtivus cubiculi, nimirum tepidulum.

XXV. *Tumores.* Uſum frigidæ in his morbis damnat *Gorterus*, laudant *Martianus & Cocchius. Hollerius* ſic ea utitur adverſus tumores ſanguine tenui calidoque ortos, ut poſtea partes refoveat calefacientibus, ad compeſcendum ſtuporem, & fri-

XXVI. Aqua quæ cito calet, & cito refrigeratur, leviſsima eſt.

XXVII. Qui noctu bibere appetunt, his admodum ſitientibus, ſi ſuperdormierint, bonum.

XXVIII. Suffitus aromatum muliebria *educit*; ſæpius vero & ad alia utilis eſſet, niſi capitis faceret gravitatem.

XXIX. Gravidas purgare turgente materia à quarto menſe uſque ad ſeptimum; minus vero has. Recentiores autem, & ſeniores vereri oportet.

XXX. Mulierem utero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale eſt.

XXXI.

---

frigus. *Convulſa.* Solutiones intellige unitatis in nervoſis partibus ſine vulnere, quas motus repentinus, inæqualis, & vehemens ſolet gignere; italicæ *carne gravata* nominatur.

XXVI. *Leviſsima eſt.* Optima qua celerius legumina, olera, radices percoquuntur; quæ candidum linteum non commaculat, quæ fervefacta non dimittit fæcem; quamque bibentes incolæ ſani degunt. Talis quidem leviſsima eſt non eo quia in lance minus ponderat, ſed quod hypochondria minus gravet, ſitque per eadem prompte meabilis. *Ex Liebaut.*

XXVII. *Superdormierint.* Quia fere ſitis poſt ſomnum eſtinguitur.

XXVIII. *Suffitus.* Pudendis adhibitus, vel infundibulo in eadem immiſſus. *Muliebria.* Id eſt, purgamenta quælibet uteri naturalia.

XXIX. *Gravidas.* Eadem ſententia legitur *aph.* 1. IV.

XXX. *Acuto.* Acuti ſunt, *de morb.* 1. febris ardens, phrenitis, pleuritis, peripneumonia, uteri eryſipelas, *aph.* 43. Adde *ex lib. de morb. mul.* anginam, epilepſiam, apoplexiam, diſtentionem, & rigorem nervorum, *aph.* 57. IV. *Lethale.* Non tamen ſemper „ quia magna pars noſtratium evadunt: & „ contra moriuntur multæ, præſertim ſi vehemens fuerit mor- „ bus. Quod autem hic dicit in genere, particulatim explicat „ *lib.* 1. *de morb. mul.*" *Hollerius.* Periclitantur quammaxime varioris gravidæ, ſi confertæ, & depreſſe fuerint præſertim in facie.

XXXI. Mulier utero gerens, ſanguine miſſo ex vena, abortit; & magis, ſi fœtus ſit major.

XXXII. Mulieri ſanguinem evomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio *fit*.

XXXIII. Menſtruis deficientibus, ſanguis è naribus fluens, bonum.

XXXIV. Mulieri utero gerenti ſi alvus plurimum profluat, periculum eſt, ne abortiat.

XXXV. Mulieri, quæ *morbis* uteris moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperveniens ſternutatio, bonum.

XXXVI.

XXXI. *Abortit.* Hoc non eſſe perpetuum uſus oſtendit. *Celſus.* Et nos hodie ſæpe à morte vindicamus & matrem, & „ fœtum miſsione ſanguinis, etiam in morbo periculoſiſsimo, „ ut pleuritide, febre ardente, &c. quanquam in his fere „ abortiunt" *Holler.* Sunt etiam mulieres „ pergit idem, quæ „ quia ſanguine redundent, ſæpe copia ſanguinis fœtum ſuffo- „ cant; ob id illis cogimur ſæpe 4. aut 5. menſe venam ſeca- „ re, ne abortiant."

XXXII. *Mulieri.* Cui deſint menſtrua. *Evomenti.* Sive ſanguis è ventriculo feratur, ſive è thorace, pulmonibuſve. Utramque enim ſignificationem habet apud *Hipp.* * *emeouſee*, * *evomenti.* Ad exeſo, aut rupto vaſe ſanguifero, præſertim in pulmonibus, ſanguis non ſiſtitur, quamvis menſtrua erumpant, aut ſi ſiſtitur, tuſsis tamen perſeverat modo ſicca, modo humida, ſputaque cruda, viſcida, ac ſubinde putrida feruntur, accedente lenta noctuque increſcente febre, lateris dolore, difficili decubitu ſupra latus alterutrum, ſæpe etiam reſpirandi difficultate, mulierque ſic tabe conſumitur.

XXXIII. *Deficientibus.* Adde: aut imminutis. *Bonum.* Id eſt, minus malum, quam ſi nulla ſanguinis evacuatio fiat, aut ſi ſanguis ſuperne feratur ſive vomitu, ſive tuſsi, *aph.* 32. Præſtat quippe menſtrua ad conſueta naturæque conſentanea loca revocari.

XXXIV. *Profluat.* Adde: *nec intra paucos dies conquieſcat fluxus.* Idem eſt, & fortaſſe majus à teneſmo, *aph.* 27. VII. periculum, ſi ingens perſtet.

XXXV. *Uterinis. Gorterus* * *hyſte riypocoon,* * mavult legere *ſecundinis retentis*, quam *uterinis morbis*, ſeu ſuffocatione uteri-

XXXVI. Mulieri menſes docolores, nec per idem ſemper tempus venientes, purgationem indicant eſſe neceſſariam.

XXXVII. Mulieri utero gerenti, ſi mammæ graciles repente fiant, abortit.

XXXVIII. Mulieri utero gerenti, ſi altera mamma gracilis fiat, geminos habenti, alterum abortit; & ſi quidem mamma dextera gracilis fiat, marem; ſi vero ſiniſtra, feminam.

XXXIX. Si mulier, quæ neque gravida eſt, neque *recens* peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt.

XL. Quibuſcunque mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſignificat.

K XLI.

---

rina; quod in hac ſternutamentum nunquam viderit prodeſſe. At ſignificationem hanc *Galenus* improbat. Apud nos ſternutamentum in morbis uterinis ortum, ſignum eſt ſolutum iri brevi paroxiſmum convulſivum, ſeu ſuffocationem uterinam. Id quoquæ præſtat tuſsis, nec non oſcitatio & pandiculatio. *Aut difficulter.* Sternutamentum tam ſpontaneum, quam arte excitatum prodeſt, quum difficultas pariendi ab inertia dolorum pendet, aut ab imbecillitate fœtus, atque uteri: nocet autem, ubi fœtus, aut uteri prava conformatio, aut poſitio eſt. *vid. Heurnius.*

XXXVI. *Decolores.* Nam „ procedit ſanguis velut à victi„ ma, & cito congelatur, ſi ſana fuerit mulier. “ *De morb. mul.* Pallidi igitur, atque inordinati menſes, id eſt, tempore & quantitate variantes purgationem quæ vitioſos ſuccos evacuet, fere deſiderant.

XXXVII. *Repente.* Id eſt, ſine cauſſa manifeſta, vel nullo antecedente morbo. Abortit. Rectius Celſus *abortus periculum eſt.* Nam non eſſe ſemper veram ſententiam & experientia, & *Galenus* docet. *Mercurial.*

XXXVIII. *Mulieri.* Incerta ſententia, atque ab hominis anatome abhorrens.

XXXIX. *Lac habet.* Rarum eſt, in virginibus ſuppreſsis menſibus, lac gigni in mammis, notante *Heurnio*, quin & ſine partu prægreſſo, rariſsimum, ſcribente *Gortero.*

XL. *Colligitur.* Ut inde, aut tubercula oriantur dura, aut inflammatio, aut tumor non ſuppurandus. Hæc ſententia inter ea, quæ raro apparent, eſt reponenda.

XLI. Si velis noſcere, an conceperit mulier, quum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandam da; & ſi alvi tormina patietur, concepit, ſin minus, non concepit.

XLII. Mulier, ſi marem concepit, bene colorata eſt; ſi vero feminam, male colorata.

XLIII. Si mulieris gravidæ in utero ſit eryſipelas, lethale.

XLIV.

XLI. *Si velis.* Hunc, & ſequentem aphoriſmum non ſine ſuſpicione legendum plurimi animadvertunt.

XLII. *Mulier.* Hoc non eſſe perpetuo verum, ſed magna ex parte, ſcribit *Hollerius*, aliique. *Gorterus* autem nullis experimentis innixam ſententiam, incertamque ac futilem ſuo relinquit Auctori. Æque fallaces ſunt, quas prædicant, notæ plures levitatis, agilitatis, & mundioris faciei. Itemque planioris ventris, pupillæ oculi dexteri majoris, ſplendioriſque quam ſiniſtri, mammæ dexteræ tumidioris, pulſus arteriarum dexteræ manus, elatioris, pedis dexteri, dum progredi mulier incipit, extenſionis, & alia his ſimilia.

XLIII. *Eryſipelas.* Quid ſit non plane conſtat, nec equidem morbum hunc vidi unquam. Quæ de hoc morbo cognoſcendo & curando legimus apud *Hippocratem*, *lib. de nat. mul. n.* LVIII. & 13. *edit. Linden.* non ſatis inter ſe conveniunt. Signa quoque hujus morbi proponit *Gorterus*, ſed non omnia æque certa, ac manifeſta. Inter reliqua putat, in ureri eryſipelate, febrem remittentem *magis*, quam adeſſe continuam, in inflammatione vero ipſius uteri continuam, ardentemque. Attamen perſæpe vidi lethales uteri inflammationes tam in prægnantibus, quam in cæteris mulieribus cum febribus, quæ remittebantur, conjunctas; interdum etiam cum iis, quæ cum rigore reverterentur, ſeque ſe ſubinde remitterent incerto ſæpius ordine. Pluribus tamen eryſipelas uteri inflammatio eſſe dicitur cum dolore non admodum acuto, ſed fugaci, febreque perquam acuta, & ſiti maxima. *Lethale.* In allatis utriſque locis apud *Hipp.* lethale dicitur in prægnantibus. *Mercurialis* exiſtimat, perire ex eo mulierem ratione potius abortus acutæque febris, quæ eidem fere morbo copulatur, quam læſionis ipſiuſmet uteri. Lethale & matri, & fœtui *Hollerius*, & *Liebautius* prædicant.

XLIV. Quæcunque præter naturam tenues exiſtentes utero gerunt, abortiunt, priuſquam craſſeſcant.

XLV. Quæcunque *vero* mediocriter *corpulentæ* abortiunt ſecundo, aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta, his acetabula uteri plena mucoris ſunt; & non poſſunt ex pondere fœtum continere, ſed diſrumpuntur.

XLVI. Quæcumque præter naturam craſſæ non concipiunt utero, his omentum os uteri comprimit; & prius quam extenuentur, non concipiunt.

XLVII. Si, *qua parte* uterus *coxæ adjacet*, ſuppuratur, neceſſe eſt linamentum fieri.

XLVIII.

XLIV. *Præter naturam.* Id eſt, aut præter conſuetum corporis habitum, aut præter naturæ modum ſunt extenuatæ; idque ſive morbo, ſive laboribus, ſive fame, ſive animi motibus. *Abortiunt.* Plerumque faciunt abortum, & potiſsimum ſecundo menſe (nam quædam exemplaria habent * *dimeena*, * *bimeſtres*) ſi vehementer extenuatæ conceperint. *Priuſquam craſſeſcant.* Non intelligendum id eſt tantummodo ante abortum, ſed & ante conceptionem „ quaſi voluerit dicere *Hipp.* „ mulieres admodum graciles, & ſecundo menſe abortientes, „ debere ante conceptionem craſsiorem habitum recuperare, „ ſi debent ab abortu vindicari & præſervari.“ *Mercurial.*

XLV. *Manifeſta.* Veluti alvi, aut ſanguinis profluvio, terrore, ictu, caſu, prolapſu, &c. *Acetabula.* Corpora ſunt carnoſa, ſpongioſa, atque excavata in quadrupedum utero ſolummodo occurrentia, quibus fœtus annectitur. In homine mucus ex uteri ſinubus, cavernuliſque depluens copioſior abortum inferre valet.

XLVI. *Præter naturam.* Si mulier ſupra modum craſſa ſit, neque ex propria natura & conſuetudine, ſed ſomno, otio, victuque intemperantiore talis ſit facta, ut plurimum non concipit, priuſquam extenuetur. *Omentum.* Ægre concedit *Vallisnerius Hippocrati*, os uteri ſolere comprimi omento. At obſitos multa pinguedine teſtes muliebres, tubaſque Falloppianas, ſterilitatem putat gignere poſſe. *Philotheus* adipe oſculum matricis obſtrui cenſet, omentumque metaphorice ab *Hippocrate* appellari, omentum enim adipoſum eſt.

XLVII. *Coxæ.* Si uterus prope ligamenta, aut ipſamet liga-

XLVIII. Fœtus, mares quidem in dexteris, fœminæ vero in ſiniſtris magis *geſtantur.*

IL. Ut ſecunda procidat, ſternutatorio appoſito, & nares apprehendito, & os.

L. Mulieri ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quammaximam ad mammas appone.

LI. Quæ utero gerunt, his uteri os comprimitur.

LII.

---

gamenta, quibus coxæ alligatur, inflammata in pus abeant, oportet penicillis uti, ex linteo decerptis, italice *taſte*, ad evocandum pus quod ab exeſo, profundo, ſinuoſoque ulcere deſtillat circa coxam aperto. Interdum loco *linamenti*, ſeu penicillorum deſcriptorum, ſpongiis, glandibus, fiſtulis plumbeis, ſpecillis, & ſyphonibus ad id utimur, prout ulceris figura, atque obliquitas poſtulat.

XLVIII. *In dexteris.* Id eſt, in dextera uteri parte. Sententia hæc eſt raro vera; ab anatome autem hominis prorſus aliena. Hinc derivatæ plures nugæ ad ſexum fœtus in utero adhuc latentis prædicendum. *Vid. aph.* 42. *not.*

IL. *Sternutatorio.* Hoc utitur & *Gorterus* in utero clauſo: in aperto cingit & ſuſtentat totum abdomen: & ſi ſic non excidat ſecunda, ſeu placenta uterina; hanc indita in uterum manu ſeparat, educitque ſecundum funiculi umbilicalis ductum.

L. *Cohibere.* Adverſus nimiam menſtruorum profuſionem cucurbitulam proponit *Hippocrates* ad mammas apponendam, eamque quammaximam, ut totam comprehendat mammam. Idem ſentit *Oribaſius. Galenus* autem cum ſequacibus pluribus non ad mammas, ſed mammarum radicibus eam apponi deſiderat, *ubi ſunt venæ quæ ad* ipſam *deſupter veniunt.* Atque ita auctoritatem præfert quorundam ſcribentium * *ypo tous titthous*, * *ſum mammis*, Hippocratico textui huic luculento * *pros tous titthous*, * *ad mammas*, & alteri *libri* 2. *epid. ſect.* 6. * *para ton titthon* * *ad mammam*, *ſupra mammam.* Præter quam quod majorem mammarum cum utero conſenſum, quam locorum quæ ſub mammis ſunt, earundem probat tumefactio, *aph.* 52. & extenuatio, *aph.* 37. & 53.

LI. *Comprimitur.* Id eſt, contrahitur, clauditur. Sunt tamen id qui negant. Ideo huic non fidendum ſigno.

LII. Mulieri utero gerenti, ſi lac multum è mammis effluat, fœtum imbecillem ſignificat: ſi vero mammæ ſolidæ fuerint, fœtum ſignificant ſaniorem.

LIII. Quæ corrupturæ ſunt fœtus, his mammæ extenuantur: ſi vero *contra* duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.

LIV. Quibus os uteri durum eſt, his uteri os comprimi eſt neceſſarium.

LV. Quæcunque utero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt, ſine occaſione manifeſta, difficulter pariunt, & cum periculo; aut abortu facientes periclitantur.

LVI. Ex fluxu muliebri ſi convulſio, *aut* animi defectus advenerit, malum.

LVII.

LII. *Significant.* Obſervare tamen oportet „ nonnullas eſſe „ mulieres ſanguineas, atque ita à natura conſtitutas, ut, „ etiam ſi bene valeat fœtus, quem in utero habent, multum „ tamen lactis producant, & effundant præ copia, quas ab „ aphoriſmo excipi, non eſt dubitandum“ *Mercurial. Solidæ.* Id eſt, turgidiores & firmiores, quam fuerint ante graviditatem.

LIII. *Corrupturæ.* Id eſt, abortum facturæ. *Extenuantur.* Extenuatæ repente collapſæque mammæ inter abortus ſigna recenſendæ ſunt. Contra ſi lacte non effluente indureſcant, abortus metum adimunt, ſed fere eas dolor, aut coxas, aut genua affligit, aut oculus.

LIV. *Durum eſt.* Ex inflammatione, aut ſcirrho, aut tumore aut callo. Tum os uteri arctari debet non ſine abortus metu, vel menſtruorum ſuppreſsionis.

LV. *Febribus. Philotheus* febres intelligit vehementes; *Tozzius* leviores, *Valleſius* quaſcunque, ad quem accedere videtur *Hollerius. Sine occaſione manifeſta. Valleſius* legit: *plus quam ratio poſtulat. Galenus, & Philotheus * haneu prophaſios phanerees ** ad verbum *pariunt* referentes, vertunt *ex neceſsitate*, ut ſenſus ſit, eas omnino parere debere difficulter, & cum periculo, aut cum periculo abortire.

LVI. *Fluxu muliebri.* Putat *Gorterus* locutum *Hipp.* de conſue-

LVII. Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi; & ſi *ſubſiſtant*, ex utero morbi contingunt.

LVIII. Recto inteſtino, aut utero inflammationem patiente, urinæ ſtillicidium accidit, & renibus purulentis urinæ advenit ſtillicidium: ***hepati autem inflammationem patienti, ſingultus advenit.***

LIX.

ſuetis mulierum menſtruis, in quibus, non ex quibus orta convulſio, animique deliquium, ſit malum. At ſecus ſuadet * *roos gynaicheios* * *fluxus muliebris*, qui, teſte *Gorræo*, longe differt à menſibus. Neque ei favet textus græcus, in quo *Hipp.* utitur verbo * *epiginomai*, * *ſupervenio*, & præpoſitione * *epi*, * *ob propter*, non aliter, quam ubi agit de convulſione ex vulnere, atque ex immodica expurgatione. *v. aph.* 2. & 4. Intelligendum eſt igitur feminarum profluvium, in quo ſanguis, aut albus humor, aſsidue pæne, & inordinate fluit ex utero. *Convulſio v. aph.* 57. IV. *Aut.* Ideo *aut*, non *&*, exponerem, quia in hoc morbo fere ſolent convulſioni præire deliquia. Interdum etiam graviora deliquia mulieres tollunt, nulla oborta convulſione. *Malum.* Longe tamen gravius & periculoſius, ſi convulſio & deliquium ſimul, aut viciſsim ingruant; aut ſi alterutrum frequenter incidat, nec faciei color redeat finito deliquio, nec calor carnibus, nec pulſus ſatis expandatur, nec fiat naturalis reſpiratio. Solent interdum fluentibus menſtruis convulſiones oriri; ſed cum à nimio fluxu non dependeant, inter eas repoſuerim, quæ malæ non ſunt, *Ballon. epid.* 1. aut periculo fere carent, & facile diſſolvuntur, 4. *coac.*

LVII. *Accidunt morbi.* Ut malus corporis habitus, hydrops, paralyſis, animi deliquia, convulſiones. *Subſiſtant.* Adde: *aut parce admodum, & inordinate fluant*; nec ſe ſe natura per alia loca exoneret, uti per nares, os, ſedem, ulcera. *Morbi contingunt.* Cujuſmodi ſunt febres, uteri inflammatio, obſtructio, tumor; interdum quoque pleuritides, anginæ, furores.

LVIII. *Recto inteſtino.* Præſertim in viris inflammato. *Heurnius. Utero.* Anteriore potiſsimum ejuſdem parte: poſteriore namque inflammata, alvus cohibetur, & dolor lumbos fatigat. *Lommius. Singultus advenit.* Non tamen ſemper; quod etiam de urinæ ſtillicidio notat *Valleſ.*

LIX. Si mulier non concepit, ſcire autem velis, *num* conceptura ſit, pannis *undique* circumtectam deſubter ſuffias, & ſi odor videatur per corpus ire ad nares, & os; ſcito, quod ipſa non ex ſe ipſa ſterilis eſt.

LX. Si mulieri utero gerenti purgationes eant, impoſsibile eſt fœtum eſſe ſanum.

LXI. Si mulieri ceſſent purgationes, neque febris, neque rigor ſuperveniat, & faſtidia incidant, judica ipſam in utero habere.

LXII. Quæcunque frigidos, & *ſpiſſos* uteros habent, non concipiunt: & quæcunque præhumidos uteros habent, non concipiunt; extinguitur enim in eis genitura: & quæcumque ſiccos magis, & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen. Quæcunque vero ex utriſque mediocrem habent temperaturam, hæ fecundæ ſunt.

LXIII.

LIX. *Si Mulier.* Inanem, & futilem ſententiam jure vocat *Gorterus.*

LX. *Purgationes eant.* Id eſt, ſi menſtrua crebro, & copioſe fluant; ſin autem parce, aut primis dumtaxat menſibus, fœtus plerunque ſervatur incolumis.

LXI. Si menſtrua mulieri repente, & ſine cauſſa manifeſta deficiant, cui fluere ſingulis ſolent menſibus. *Neque horrore.* Quippe ubi ſine conceptione, menſtrua retinentur, ſæpe horror & febris ſequitur. *Faſtidia.* Stomachi faſtidia, nauſeæque, & frequens ſputum circa initia conceptionis accidunt, interdum etiam pravarum, horribiliumque rerum appetitus. Mammæ quoque ſenſim turgent, oculique cavantur pleriſque. *Judica.* Caute tamen eſt judicandum. Etenim faſtidia vel ſine horrore febreque interdum fallunt. Non enim hæc ſolum, ſed reliquas omnes graviditatis notas accerſunt ſuppreſſa interdum menſtrua.

LXII. *Frigidos, & ſpiſſos.* Id eſt, fibras uteri, ovarii, tubarumque inertes, denſas, compactas, anguſtas, motibus obeundis minime aptas. *Præhumidos.* Id eſt, fibras ejuſdem partis molles, laxas, reſolutas, madidas, lubricas. *Siccos magis, & adur.* Id eſt, fibras rigidas, duras, aridas.

LXIII. Similiter autem & in maribus; aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, ut ſemen non traſmittatur ad os; vel propter ſpiſsitudinem humor non exit foras; vel propter frigiditatem non concaleſcit, ita ut ad hunc colligatur locum; vel propter caliditatem hoc idem accidit.

LXIV. Lac dare caput dolentibus malum; malum vero & febricitantibus, & quibus *hypochondria* ſuſpenſa murmurant, & ſiticuloſis, malum autem & quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt dejectiones, & quibus ſanguinis multi dejectio facta eſt. Convenit autem & tabidis dare, qui non valde multum febricitant, & in febribus longis, & parvis, ſi nullum ex ſupradictis ſignis affuerit, & præter rationem conſumptis.

LXV. Quibus tumores in ulceribus apparent, non *admodum* convelluntur, neque inſaniunt. Verum his evaneſcentibus derepente, *quibus fuerant* à tergo, convul-

---

LXIII. *Similiter.* Id eſt, ſi partium fibræ virilium generationi inſervientium vitio laborent, quo fibræ uteri *aph.* 62. tum aut nullum conficitur ſemen, aut nequaquam prolificum.

LXIV. *Malum.* Non tamen ſemper *Gorterus* exiſtimat. Fortaſſe juvat, quum acria cerebri membranas mordent. *Febricitantibus.* His quoque ſæpe prodeſt dilutum: quin & integrum in febribus validis: tum quoque bilioſis, cruentiſque dejectionibus laudat *Coſtæus*, non ad nutriendum datum, ſed ad detergendas ventris ſordes. *Hypochondria.* Intellige hoc loco inteſtina, quæ ſub coſtis ſunt flatu elevata, & murmurantia. *Multi.* Sic, ut ventriculi actio vehementer debilitata, lac nequeat coquere. *Tabidis.* Ideſt, phthiſim vergentibus. *Signis.* Quæ lac prohibeat. *Præter rationem.* Id eſt, ſeu *plus quam ratio* febris longæ, debiliſque *poſtulat*, ſeu *ultra modum* extenuatis quocunque morbo, ſeu *ſic* extenuatis, *ut* tamen ventriculus lac poſsit concoquere.

LXV. *Ulceribus.* Rectius, *vulneribus.* * *Elcos*, * enim apud *Hippocratem.* Vulnus etiam ſignificat; vulneraque longe frequentius, quam ulcera convulſionem inferunt, & delirium. *Non admodum.* Id eſt, raro, non facile. *Derepente.* Id eſt, non ſen-

vulſiones, & *rigores nervorum* fiunt; quibus *vero* ante, inſania, vel dolor lateris acutus, vel ſuppuratio, vel *dyſenteria*, ſi tumores ſunt rubicundi.

LXVI. Si in vulneribus fortibus, & pravis, tumor non appareat, ingens malum.

LXVII. Molles *tumores*, boni: crudi vero, mali.

L LXVIII.

ſenſim evaneſcant adhibitis remediis, aut ope naturæ. *A tergo.* Id eſt, parte poſtica corporis. *Convulſiones. v. aph.* 57. IV. & 6. V. *Inſania.* Proprie delirium vehemens eſt ſine febre, improprie, delirium. *Suppuratio. v. aph.* 10. *Dyſenteria v. aph.* 11. III. *Rubicundi.* Id eſt, ſanguinei.

LXVI. *Fortibus.* Id eſt, longis, latis, & profundis, quæve partem nobilem, aut extrema muſculorum occupent. Idem dicendum de contuſionibus, fracturis, ulceribus. *Tumor.* „ Nimis intumeſcere vulnus, periculoſum: nihil intumeſcere, „ periculoſiſsimum. Illud indicium magnæ inflammationis: hoc „ emortui corporis eſt " *Celſus.* Nam *quandiu vis vitæ valet* inquit Gorterus, *ſenſim magis increſcit tumore pars læſa, uſque dum ſuppurare incipit*, & ſi *non generatur tumor*, *indicium eſt vitalem actionem in ea parte eſſe exſtinctam.* Igitur non reprimendus tumor, non arctius deliganda vulnera, ne fluidorum itus redituſque impediatur. *Ingens malum.* Ex quo ſæpe fluunt deliria, canvulſiones, acutæ febres, dolores, vigiliæ, anxietates, alvique fluxus peſtiferi.

LXVII. *Tumores.* Tam circa vulnus, ulcuſque, quam alibi apparentes boni quidem, ſi molles fuerint, dumvero, dolorifici, atque inæquales, mali. *Celſus* quoque cutem circa vulnus duram, craſſam, dolentem periculum, ait, oſtendere bonaque ſigna eſſe „ ubi hæc ſine dolore, tenuis & mollis eſt." Magnus, duruſque circa vulnera, contuſiones, fracturaſque tumor, qui nec calidis fomentis reſolvi, nec ad maturitatem perduci queat, ſæpius in gangrænam tranſit. Sed & magnæ ſæpe plenæque periculo ſuppurationes excitantur, ubi adverſus hos ipſos tumores calidioribus fomentis ſolida criſpantibus inflammantibuſque diutius pugnatur. Quæ ſane fomenta ſic temperanda eſſe *Celſus* præcipit, ut manu contingenti jucunda ſint, & uſque „ eo adhibenda, donec aliquid minuiſſe ex tumore, caloremque ulceri magis naturalem reddidiſſe " videantur.

LXVIII. Dolenti partem capitis poſteriorem in fronte recta vena inciſa prodeſt.

LXIX. Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorſum *perveniunt* ad caput. Sed & viris parte corporis poſteriore magis, quam anteriore, veluti *ex femoribus, & cubitis. Indicio eſt cutis raritas, quam ipſam pilus oſtendit.*

LXX. A quartanis capti, non admodum à convulſionibus capiuntur. Si vero prius capiantur, & quartana ſupervenerit, liberantur.

LXXI.

LXVIII. *Prodeſt.* Ubi dolor non ſit ob partium interiorum conſenſum. In eſſentiali capitis dolore, ſiquidem plenitudine vaſa laboraverint, antequam frontis vena ſecetur, artuum venæ erunt aperiendæ.

LXIX. *Rigores v. aph.* 26. IV. *Lumbis.* Propter concurſum nervorum uteri: capſula enim nervi ruditer tacta, rigorem concitat, teſtante *Gortero. Sed & viris.* Ob ſpinalem medullam. *Veluti.* Id eſt, quemadmodum horremus externis corporis partibus magis, quam internis, ut cubitis, & femoribus; ſic poſteriore magis, quam anteriore parte corporis. *Cutis raritas.* Cutem in parte antica corporis, & interna artuum, cum fere pilis ſit obſita, calidiorem ſtatuit, minuſque frigori obnoxiam.

LXX. *A quartanis.* Gorterus incertum hoc appellat præſagium *Hippocratis*, tum quia unicam ſimplicemque cauſſam quartanæ eſſe putat, antidoto profligari ſolitam, convulſionis vero multiplicem, variamque; tum quia obſervaverit „ leviſ„ſimas convulſiones hyſtericas frequentius fieri in iis, qui „ quartana febre laborant, quam in perfecte ſanis." Verum quum febribus vim concedit minuendi, ſolvendique convulſionem, ſpaſmumque, & tetanum tollendi, *aph.* 26. II. 5. V. & 51. VI. non video, quamobrem id neget quartanis, incertumque præſagium hoc nominet. Notum præterea eſt, non ſolere curari, ſicut quartanam febrim, antidoto, hypochondriacos morbos epilepſiam, paralyſim, hemiplegiam, aſthma convulſivum, podagram, maniam, calculum; à quibus tamen affirmante *Kleinio*, quartana interdum *tum tutatur, tum liberat.* Reciprocaturque etiam hæc aliquando; eodem auctore, cum ictero, dyſ-

LXXI. Quibus *cutis circumtenditur arida; & ſicca,* ſine ſudore moriuntur; quibus vero *laxa*, & *rara*, cum ſudore moriuntur.

LXXII. Qui regio morbo laborant, non multum ventoſi ſunt.

* * * * * * * * *

* * * * * * *

* * * * *

* * *

APHO-

---

dyſpnœa, œdematibus, aſcite, cachexia, tabe, quæ itidem curare non ſolet antidotus. Sed & poſito quod convulſiones hyſtericæ frequentius in quartanis occurrant, quemadmodum ſæpius illa occurrit convulſio in eiſdem, quam *granchio* Itali nominant, *v. Mercur.* cur quæſo reliqua convulſionum genera raro in quartana apparere non queunt? Sicque verum eſſe *Hipp.* eſſatum, tot tantorumque virorum ore confirmatum, per quartanam febrem raro convulſiones incidere, ſive mitiores concitari, ſive earum pauciora genera oriri, facileque decedere, eadem ſuperveniente.

LXXI. *Quibus.* „Inter peſſima ſigna, quæ mortem indi„cant in febribus acutis, eſt ubi qui antea molli erat cute, „jam eſt ſcabra & aſpera. Quare, cum accedemus ad ægro„tos, inducere oportet manum ad thoracem, & hypochondria, „ut exploremus, quomodo ſe habeat cutis" *Holler.* „Et hi „fere moriuntur cum tremore, & revulſione pulſus, & ner„vorum" *Idem. Quibus vero laxa.* Notat idem ipſe *Hollerius*, hos poſt commotum ſudorem mori 7. horis 14. 16. ſed non prætergredi 20. horas.

LXXII. *Non multum.* Videtur mendoſe interjecta particula 8. quæ apud Græcos vehementius negat. Quippe conſtat regio morbo, *aph.* 62. IV. laborantes non modo flatuoſos eſſe, ſed vehementer flatuoſos.

APHORISMORUM HIPPOCRATIS
SECTIO VI.

I. IN longis *lienteriis*, ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, ſignum bonum.

II. Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra ſanitate fruuntur: quibus vero contraria, ſalubrius degunt.

III. In longis *dyſenteriis* inediæ ex faſtidio, malum; & cum febre, pejus.

IV.

I. *Lienteriis v. aph.* 22. III. *Bonum.* Nam ſignum eſt reſtituti ventriculo elateris, aut putrefactionis reſtitutæ, ut vult *Liſterus*, *de hum.* adeoque principii concoctionis indicium eſt.

II. *Genitura.* Si iſte aphor. petitus eſt ab *epid. lib. 6.* perperam *Gorterus* * *gonee* * legit, *partes genitales.* Nam eo loci, poſt * *ee gonee ygrhoteree*, * *ſemen humidius.* Additur * *chai pleioon*, * *& copioſius.* Ex quo videtur * *gonee* * legendum eſſe, *ſemen*, *genitura*, ut aliis pluribus locis *Hippocraticis* manifeſtum eſt.

III. *Dyſenteriis v. aph.* 11. III. *Inediæ ex faſt.* Ideſt, Ingens alimenti cujuſque faſtidium, & averſatio, cui ſæpe vomitus jungitur, quum æger alimenta capere cogitur. *Et cum febre pejus.* Pejus erit cibi faſtidium, ſi dyſenteria comitem habeat febrem, aut ſi eandem ſequatur. Immo tum ſalutem omnino deſperatam eſſe, ſcribit *Hollerius* „nam diſſolventur „vires, ſuccedet tandem ſudor frigidus, & ita morientur.“ *Sic extinguebatur nuperrime nob. Helvetus. Huic fluxit alvus dies amplius* 20. *cum vehementi cibi faſtidio, ſæpe quoque vomitu. Calor ei erat ad veſperam. Febris manifeſta cum horrore ſubinde cœpit accedere, quæ elapſis horis aliquot remittebatur. China china febrim non depulit. Urinæ ex rubris, craſſiſque tenujores fiebant. Febris, ſitis, vigiliæ, cibi averſatio increſcebant.*

De-

IV. Ulcera circum glabra prava ſunt.

V. Dolores, qui ſunt in lateribus, in pectore, atque aliis partibus, *num* multum differant, perdiſcendum.

VI. Renum, & veſicæ vitia in ſenioribus difficulter ſanantur.

VII. Dolores ventris ſublimes, leviores; qui vero non ſublimes, fortiores.

VIII. *Hydrope* laborantibus ulcera in corpore facta, difficulter ſanantur.

IX.

Delirabat viciſsim, & reſipiſcebat. Alvus profuſior. Pulſus imbecilli. Convulſiones in facie. Madores frigidi, calidique prope interitum. Scite idcirco averſationem ciborum maximam non in dyſenteria ſolum, ſed etiam in aliis morbis acutis & diuturnis, ſi perſeveraverit, lethalem pronunciat *Hollerius*; quamquam in icteritia ſine febre, ſineve hepatis duritie, minime exitialem bis obſervaverim.

IV. *Circum glabra.* Ulcera pilis, quia eraduntur, & defluunt, circum carentia.

V. *Perdiſcendum.* Id eſt, accurate diſcendum, quantum inter hos dolores interſit diſcriminis, vel ratione loci, vel morbi, vel cauſſæ, vel ſi dolor ſit acutus, ingens, gravativus, pulſans, pungens, fugax, & potiſsimum diuturnus, ut interpretatur *Valleſius*: aut ſi repente evaneſcat, non ſenſim, nam ſæpe ſine ullo errore lævior reditur, cum omnis dolor, tum præſertim qui latera, & pectus infeſtat. *v. Martian.*

VI. *Vitia.* Cujuſmodi ſunt urinæ ardores, ſtillicidia, ſuppreſsiones, calculi, obſtructiones, inflammationes, ulcera. *Senioribus.* Id eſt, annis 50. majoribus, *6. epid.* Eoque difficilius curantur, quo major eſt ætas. *Valleſ.*

VII. *Sublimes.* Id eſt, dolores ventrem elevantes, perinde ac ſi flatibus diſtenderetur. Sic * *meteora*, * *ſublimes*, ſcite interpretatur *Gorterus. Galenus.* aliiq. exponunt *exteriores*; nimirum dolores, qui ventris muſculos exercent, ad interiora non penetrantes. *Codices Vaticani* habent * *cai oideemata*, * *& tumores.* Hi quoque ſi externi fuerint, aut elevati, erunt leviores, & ſecuriores.

VIII. *Ulcera.* Tam ſponte orta, quam arte excitata in ea

præ-

IX. Latæ puſtulæ non admodum pruriunt.

X. Caput dolenti, & circumdolenti, pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſolvit.

XI.

---

præſertim parte, quam aquoſus tumor obſidet. Fere oriuntur in cruribus, & femoribus poſt diſruptas veſiculas, quæ aqua diſtendebantur. Hæc ſi pruritu primo, deinde dolore torqueant, vix ſanantur, ſed plerunque ſerpunt, & denigrantur. Quod quidem vitium frequentius contrahunt ulcera per ſe orta, quam quæ arte excitantur, *Gortero* teſte. *Ex inciſionibus, vel leviſſimis cutis pedum, crurumque poſtridie gangræna oriebatur in iis, ſubindeque moriebatur vir nobilis hydrope univerſali affectus. Patutius Venetus, nec non alter Bergomas evaſerunt, cum hydrope ſimiliter tentarentur, ulcuſculis per ſe exortis in cruribus coxiſque, multumque aquæ fundentibus.* In morbo inveterato, aut è viſcerum labe profecto, ulcera, ſive arte, ſive ſponte excitata; exitium ſolicitant.

IX. *Non admodum.* Id eſt, minus pruriunt, quam quæ ſunt faſtigiatæ, & acuminatæ.

X. *Circumdolenti.* Plures legunt, *vehementer dolenti.* Non ſemper, ſed plerumque. Dolor porro capitis, aut ſine febre ulloque pravo ſymptomate affligit; tumque fluxu ſanguinis largo de naribus, præſertim ſi tempora & frontem occupet in juvenibus, levari, brevique etiam ſolvi conſuevit, in ſenioribus vero fere ceſſat, ſive ſputis multis, craſsiſque, ſive mucco de naribus ubertim ſtillante, ſive alvi fluxu, ſive urinis copioſioribus, aut dolor capitis cum continua, acutaque febre infeſtat, ſigniſque periculum oſtendentibus, & tum ſalutaria erunt præſidia: *pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures* 1. ſi evacuatio humoris copioſa fuerit, nam nihil paucum quod eſt, criticum eſt, 2. ſi protracto morbo, & prægreſsis ſignis coctionis, evacuatio iſthæc fiat 3. ſi non dolorem modo capitis minuat, ſed etiam febrim extenuet, pravaque accidentia removeat; cujuſmodi ſunt ſurditates, vigiliæ, deliria, ſtupores, obmuteſcentiæ, convulſiones, tremores, ſpirandi difficultates, ſimiliaque; ſin febris remanet, dolorque, ceteræque quæ periculoſæ ſunt notæ, dejectæque ſint ægri vires, aut poſtquam ſe paulo inclinarint, iterum ingraveſcant, ſpem omnem tollunt;

vi-

XI. Atra bile vexatis, & renum paſsionibus, hæmorrhoides ſupervenientes, bonum.

XII. A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi una *quæpiam* non ſervatur, periculum eſt *hydropem*, vel tabem advenire.

XIII. A ſingultu *detentum*, ſternutatio ſuperveniens liberat.

XIV.

---

viribus autem conſtantibus, morbi longitudinem, & recrudeſcentiam plerumque ſignificant.

XI. *Atra bile vexatis.* Id eſt, melancholicis. Hi ſunt, qui ſine febre deſipiunt. *v. aph.* 20. III. quippe diu ſine cauſſa manifeſta mæſti aſsidue ſunt, ac timidi, *aph.* 23. VI. *Et renum paſsionibus. Martianus* locutum arbitratur *Hipp.* non de dolore à calculo renum, ſed de quocunque dolore, qui renes, aut lumbos occupet, ut *Gorterus* exiſtimat. Sunt etiam, qui legendum putant *ex lib. de judic.* * *phreniticheiſi*, * *phreniticis*, id eſt, cum febre deſipientibus, non vero * *nephritioiſi*, * *nephriticis*, ſeu renibus laborantibus. Sed cum videamus fluxum ex hæmorrhoidibus ſanguinis cum nephriticis alternantem affectibus, eiſdemque eſſe præſidio, *Klein.* non eſt, quamobrem lectionem hanc deſeramus.

XII. *Diuturnis.* Eas intellige quæ diu ſolent ſanguinem ſtatis, aut incertis temporibus fundere. *Sanato.* Hæ ſi auferantur omnes, ſectione, uſtione, putrefactione, conſtrictioneve, ſicut nullum amplius effundant ſanguinem, periculum eſt non phthiſis modo, hydropiſque, ſed capitis etiam, pectoriſque morborum, aliorumque qui 6. *epid. libro* nominantur. Sinenda igitur eſt una, quæ inutilem ſanguinem evacuet. Sed ne huic uni tractu temporis parcunt, qui fiſtulam timent, aut compenſari poſſe credunt, ſanguinis detractione per venas, evacuationis antiquæ, conſuetæque defectum. Contra vero, qui exiſtimant ſanguinis detractione perraro morbis ſuccurri, qui ex ſuppreſsis menſibus oriuntur, deletiſque aliis ſanguinis fluxibus, ſive de naribus, ſive de hæmorrhoidibus; rectius faciunt, ſi ſpreto metu fiſtulæ, unam nunquam deſtruunt, modo ne nimium profundat ſanguinem, ex quo ſequi marcor, tabeſque queat, aut hydrops.

XIII. *A ſingultu.* Qui neque ab inflammatione ventriculi, aut aliarum partium, neque à malignis febribus, neque à nimia evacuatione dependeat.

XIV. Ab *hydrope detento*, ſi aqua à venis in ventrem defluxerit, ſolvitur morbus.

XV. A longo alvi proſtuvio *detento*, ſpontaneus vomitus ſuperveniens, morbum ſolvit.

XVI. A *pleuritide*, vel *peripneumonia detento* alvi profluvium *ſuperveniens*, malum.

XVII.

XIV. *Ab hydrope.* Sive *aſcite* dicto, quo abdomen aqua diſtenditur; ſive *leucophlegmatia*, (non eſt verus hydrops) qua totum corpus ex æquo aqua tumet. *Si aqua à venis.* Si aqua intus contenta, forti alvi profluvio ejiciatur ineunte morbo, viſceribus ſanis, & viribus integris, ſolvitur morbus; ſin confirmato morbo, & fractis viribus, alvi fluxus oriatur, celeriter occidit. Idem de medicamentis dicendum alvum cientibus. Si ineunte morbo, ea dentur, ſi viſcera vitio careant, ſi vires ſint validæ, ſiccari per ea, ſanarique æger poterit; ſin morbus inveteraverit, & lapſæ ſint vires „interim dum purgabitur aqua, „morietur æger" *Holler.* ſæpeque, repente, poſtquam inanis eſt venter, ægerque è morbo ſe putat evaſiſſe. Apud nos leucophlegmatia ſæpius vincitur purgantibus, quam aſcites. Hydrops in locis planis ortus, aquis ſcatentibus, refertiſque paludibus, eiſdem purgantibus frequentius diſcutitur, quam qui in ſiccis, montaniſque locis obrepit. Fere nocent purgantia ubi ſitis vexat, ubi calor, & febris eſt, ubi præmunt vigiliæ. Peſtifera ſunt, ſi tuſsis diu occupet, aut ſpirandi difficultas, ægreve in alterutrum latus homo decumbit; aut ſi venter quammaxime intumeſcit, & cæteræ partes corporis emarceſcunt, aut extrema livent.

XV. *Longo.* Fortaſſe rectius * *macrees*, * quod poſt *Celſum* fere exponitur, *longo*, legendum eſt, *vehementi*; eo quod vomitus longo alvi profluvio ſuperveniens, ſæpius occidat, quam liberet: contra vehementi, non tamen veteri ſuperveniens, nimirum viribus, & viſceribus integris, ſanitatem promittit. Confirmatur verſio 1. *de morb.* ubi * *iſchyree*, * id eſt, *vehementi* alvi profluvio ſuperveniens vomitus, ſalutaris dicitur.

XVI. *A pleuritide v. aph.* 23. III. *Peripneumonia v. aph. cit. Malum.* Quia ſæpius ſputum ſupprimit, aut minuit, aut ejus exitum difficilem reddit, & dolorem intendit, & ſpirandi difficultatem auget, & ſitim accendit, & vires infirmat. Quibuſ-

XVII. Lippientem alvi pròfluvio corripi, bonum.

M XVIII.

buſdam porro alvus profluit poſt rigorem febris, aut in ipſo ejus rigore, aliis morbo increſcente, aliis etiam in ſtatu morbi. Si quarta die, coctionis ſigna in ſputis, uriniſque apparuerint, & 7. aut poſtea alvi fluxus incidat, eumque vires ſuſtineant, & febris ſubinde levetur, & dolor, ſpirandi difficultas, ſolutum eo iri morbum, veriſimile eſt. Securitatem etiam pollicetur, qui ante quartam diem accedit, dummodo ſimiliter febrim minuat, & dolorem, ſpirandi difficultatem, eoque perſeverante minus tuſsiat, vigilet, minus ſitiat, faciliuſque æger ſe convertat, & erigat. *Sic dyſenteria ante 4. diem orta, protinus adoleſcentem pleuriticum ex toto ſanavit, inutili materia ad inteſtina converſa.* Si pleuritidis initio, atque etiam in ipſo rigore, aut ſtatim atque is evanuit, alvus crebro, vehementerque cieatur, quo tempore quibuſdam etiam frequens, multuſque vomitus movetur, ſi quidem brevi finiatur, periculoſiorem fere morbum oſtendit, ſin diutius perſiſtat, & morbus ingraveſcat in ſingulos dies, occidit. Secus enim, atque Riverius aſſerit ſua in regione, apud nos ſequitur, nimirum pleuritides eas eſſe ſalutares, quibus ineuntibus copioſus movetur vomitus. Rigor enim eum movet qui vehemens eſt, & rigoris vehementia inflammationis magnitudinem fere ſignificat. *Mirabatur, ac quodammodo iraſcebatur mihi parens meus, & ipſe medicus, nec omnino infelix, affirmanti ipſum pleuritide prehenſum, dum ſe cholera affectum eſſe ob crebros, copioſoſque vomitus exiſtimaret; deceſsit autem, proh dolor, quinta pleuritidis ſæviſsimæ die, annoque hujus ævi* 43. *quo etiam conjugem amiſi cariſsimam, patruumque amantiſsimum.*

XVII. *Lippientem.* Id eſt, ophthalmia laborantem *v. aph.* 11. III. *Bonum.* Quippe ſolet lippitudinem, capitiſque dolorem *ex Holler.* alvi profluvium, aut per ſe ortum, aut medicamentis accitum ſolvere materiam avertendo. In corporibus multo ſanguine refertis, ſanguinis detractionem ſequatur purgatio. Hæc in ſiccioribus hominibus anni tempeſtate, regioneque calidis blande, cauteque inſtituenda. Nec diutius purgantibus in quibuſvis corporibus, ubi non proſunt, pugnandum eſt, cum acriores per ea fiant ſucci, qui morbum faciunt, prolicito humore quo temperabantur. *Plures novi, qui cum diutiſsime oculis laboraſſent, ſæpius licet miſſo ſanguine, & adhibitis alvum ducen-*

XVIII. Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto *tranverſo*, aut aliquo ex tenujoribus inteſtinis, aut ventriculo, aut jecore, lethale eſt.

XIX. Quum diſciſſum fuerit os, aut cartilago, vel nervus, aut genæ *pars* tenuis, vel præputium; neque augetur, neque coaleſcit.

XX. Si in ventrem ſanguis præter naturam effunditur, neceſſe eſt ſuppurari.

XXI.

---

centibus remediis ſanitatem conſequebantur, occulos proluendo bis, terque die poſca, deinde etiam aceto, egelidis. Plures etiam, qui, irritis alvi ductionibus, veſicantibus ſanabantur poſt aures, aut in poſtica colli parte admotis, ſetaceoque in hac ipſa parte excitato, ſervatiſque diutius. Dudum quidam Empericus diturnos oculorum morbos perſanabat innumeros. Ejus medicina erat tonſis capillis, ceratum capiti imponere univerſo, quo veſiculæ aſſurgerent, humorque inde evocaretur noxius.

XVIII. *Septo tranſverſo.* Id eſt, diaphragmate. *Lethale eſt.* Si veſica vehementer laceratur, aut latius dividatur, ſi vulnus cordis ventriculos penetret, aut auriculas, aut majora vaſa ſanguinis, ſi diaphragma, ejuſque præſertim pars tendinea, quæ media eſt, magno vulnere pertundatur; itemque ventriculus in fundo potiſsimum, atque orificiis, jecoris quoque, cerebri, inteſtinorumque tenujum vulnera lata, & profunda fere lethalia cum eo tamen, ut vix unus, notante *Bohnio*, evadat lacerato cerebello; cerebro autem plures: inteſtinorum pariter tenujum diſſectorum oræ: corrupta quoque ea, & ablata majori parte, non ſemel coaluerunt exteriori ventris vulneri, demiſsis per vulnus fæcibus. *v. Heiſterus*, & *Platnerus*, tum etiam *v. aph.* 24.

XIX. *Nervus.* Intellige cum veteribus nervi nomine membranas etiam, ligamenta, tendines. *Pars tenuis.* Ut ad labrum, & palpebras. *Non augetur &c.* Augeri, & coaleſcere has partes, exceptis nervis, probat *Gorterus.*

XX. *In ventrem.* Id eſt, ex arteria, aut vena in aliquam corporis cavitatem effuſus. *Suppurari.* Rectius, *corrumpi*, inque grumos, ichoremque verti fœtidum, *v. Ballon. de arthr.*

XXI. In inſanientibus ſi varices, vel hæmorrhoides ſupervenerint, inſaniæ ſolutio.

XXII. Quæcunque rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, venæ ſectio ſolvit.

XXIII. Si timor, atque mæſtitia longo tempore habentes perſeverent, ex eo *morbus melancholicus* ſignificatur.

XXIV.

XXI. *Inſanientibus.* Ii ſunt, qui cum furore ſine febre delirant: nuſquam quippe aliter * *manian*, * *maniam*, *Hipp.* accipit. *Varices.* Dilatationes ſunt venarum in cruribus, interdum in temporibus, in ſcroto, in inguinibus, in ima parte ventris, alibique. *Solutio.* Non tamen inſanientes reſtituuntnr omnes, ſed plerique. Inſaniam quippe, hæreditariam quam dicimus, vel incipientem non varices, non hæmorrhoides tollunt: uti neque eam, quam ſolidorum vitia, organica ſcilicet, procrearunt. Ii potiſsimum convaleſcunt, qui ob ſuppreſſas hæmorrhoides hoc morbo tentantur, ſi eæ rurſum ut antea aperiantur, aut ſi varices, poſtquam diu occultatæ fuerint, rurſum prodeant. Pluribus quoque aliis auxilio ſunt, maximeque iis, qui ob nimiam craſsi melancholicique, ut ajunt, ſanguinis copiam inſaniunt, ſi hæmorrhoides ipſæ per ſe aperiantur, aut hirudinibus dirumpantur admotis, tantumque fundant ſanguinis, quantum ad inſaniam auferendam requiritur. Hinc ii damnandi, judicio *Mercurial.* „ qui variis ligaturis, faſciis, atque calceis „ ex corio canino comprimere, & cohibere nituntur, ſi qui- „ dem ſanguis ille impurus retrocedens vel in caput, vel in „ pectus vel in aliud viſcus impelli periclitantur.“

XXII. *Rupta.* Id eſt, ruptiones. Carnoſæ partis ſolutiones ſunt ſine vulnere, quæmadmodum *ſpaſmata aph.* 25. V. nervoſæ, ex violenti ictu, gravi caſu, vel alio quopiam valente motu. *Vid. Van Suvieten*, §. 1185. 2.

XXIII. *Longo tempore.* Timor, & mæſtitia præter conſuetudinem, & ſine cauſſa manifeſta incidentes, diuque perſiſtentes deſipientiam, & furorem prænunciant. Multos quoque vidit *Galenus* furore correptos, qui ab excandeſcentia, aut ira, aut mæſtitia propter cauſſam manifeſtam principium ſumpſerat, corpore per id temporis ad tales affectiones diſpoſito. Timor itidem, & mæror ex cauſſa manifeſta ortus „ ſi diutius quam „ pro

XXIV. Si quod inteſtinorum gracilium diſcindatur, non coaleſcit.

XXV. Eryſipelas ab exterioribus verti ad interiora, non eſt bonum : ab interioribus vero ad exteriora , bonum.

XXVI.

„ pro ratione cauſſæ perſeverent , cerebri temperamentum im„ mutant , indeque melancholicum inferunt , & ſignificant. „ Parat autem ad hæc non parum puſillanimitas , & cordis lan„ guor , qualis eſt in pueris , aut mulieribus “ *Liebaut. Nob. Virginem ſeptuagenariam uteri ſcirrho quadraginta annos laborantem , luxationeque coxæ amplius quatuor , proximæ imminentiſque mortis timor inceſſerat inſanabilis. Edebat tamen , dormiebatque , nequaquam febriens , neque ſitiens. Poſt dies* 40. *timore perſeverante , præcedentibus levibus , brevibuſque deſipientiis in apoplexiam incidit , dieque morbi quarta decima vivere deſiit.*

XXIV. *Non coaleſcit.* Id eſt , niſi ſumma cum difficultate, præſertim ſi ingens , aut tranſverſum fuerit vulnus. Penitus autem diſſectum inteſtinum ori vulneris accreviſſe , ex eoque alvi fæces emanaſſe poſt *Fernelium* , & *Blegnium* , alii plures annotarunt *v. aph.* 18.

XXV. *Eriſipelas.* Tumor eſt cutis cum dolore quodam, quem ſi tetigeris , ſanguis facile refluit , rurſuſque affluit valde tenuis , & rubens. Solvitur porro eryſipelas modo diſcutione, modo metaſtaſi , ſeu revocatione. Cum diſcutitur , ſenſim diſcutitur , ſenſimque , & febris decedit , donec 5. aut 7. integer homo ſit ; niſi eryſipelus caput afflixerit , quod fere ſerius una cum febre finitur. Cum metaſtaſi ſolvitur , ſeu extra intro fertur , repente evaneſcit , febris manet , ſæpius quoque intenditur , acceduntque propria periculoſaque partium , quo verſus humor eſt , ſigna. „ Tanto autem converſio intro periculoſior „ eſt, quanto membrum, in quod refluxus ille fertur, nobilius.“ *Jacot. coac. Bonum.* Id accidit , ubi humor noxius è corde, ejuſque vaſis , ad corporis ambitum continenter , atque ex toto propellitur ; quod indicat rubor , & calor , dolorque in cute permanens ; quique etiamſi , ut ſæpe ſolet , ſedem mutet , cutim tamen non deſerit ; & febris , & ſitis , & æſtus corporis mitior eſt, ſtatim atque à primo impetu inclinari febris cœperit. Quod ſi permagna fuerit multitudo humoris ſic , ut non exterio-

XXVI. Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio ſolvuntur.

XXVII. Quicunque ſuppurati, aut *hydropici* utuntur, aut ſecantur, ſi pus, aut aqua univerſim effluxerit, omnes moriuntur.

XXVIII.

---

riora modo corporis, ſed etiam interiora obſideat, tum febris non minuitur iis, quibus minui ſolet, diebus, ſed cum pravis ſignis increſcit, ægerque in periculo mortis eſt.

XXVI. *Solvuntur.* Solvuntur ne febres tremoribus, an tremores ſuperveniente delirio? Solvi queunt febres, ſi tremor ſit criticus, *vid. adoleſc. peregrin.* 4. *epid.* prægreſsis ſignis coctionis in excrementis, evacuationeque tremorem ſecuta, *Holler. coac.* Poſſunt & tremores delirio tolli, ſæpius tamen ad mortem, quam ad ſalutem notante *Jacotio in coac.* Confer *aph.* 8. VIII. „ In acuta febri maligna, & acri, ſiccatis nervis, & in„ firma motrice facultate, valde periculoſus eſt tremor, & ſæpe „ lethalis: in minori morbo, & per initia ab humorum copia, „ non item" *Jacot. ibid.* In ſenibus minus periculoſi ſunt tremores, quippe faciles in iis ſunt. *Coac.*

XXVII. *Suppurati.* Quibus ex vomice ſive in pulmonibus, ſive in pleura, ſive in diaphragmate exſiſtente, pus erumpens, aut ex harum partium vulnere, contuſione, ſive quovis alio vitio manans in ſpatium, quod pleuram, pulmoneſque interiacet, effunditur. *Hydropici.* Quibus multum aquæ potiſsimum inter peritoneum, & inteſtina contrahitur, ex quo venter ex æquo tumet „ motoque corpore, ita movetur & aqua, ut mo„ tus ejus conſpici poſsit" *Celſus. Univerſim.* Si totum pus, aut aqua una vice educatur, animi deliquium ſequitur, & hinc mors ſæpe intra duas horas. Quibuſdam etiam, qui univerſi humoris detractione relevari videbantur, paucis poſt diebus, pereunt *Verny obſ. Ac. R.* 25. *Apr. ann.* 1703. Quamobrem ſemel die tantum aquæ detrahendum eſt, quantum ſuſtinere vires queunt, uſque ad dies 12. die vero 13. ſi quid humoris ſupereſt, ex toto educendum, utique ſi vires conſtent; ſin minus ejus magna pars. Si quid ſequenti renatum humoris eſt, paulatim quoque evocandum. Interim ſiccantibus roborantibuſque tum cibis, tum remediis utendum, ex *Holler.* Cæterum poſtquam noſtris temporibus faſcia coriacea, eaque lata hydropicorum ventri circum-

XXVIII. Eunuchi neque podagra laborant, neque calvi fiunt.

XXIX. Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint.

XXIX.

---

cumdatur, qua is dum aqua profluit ſenſim, arctius perſtringitur, fere ſine periculo humor univerſus educitur. In ſuppuratis, inque hydrope pectoris multo minus aquæ, puriſque, cum cinctu propter oſſeas parietes arctari pectus nequeat; ſingulis vicibus emittitur. Ante omnia tamen eniti medicus debet, ut hydropici mature ſecentur, ſtatimque tabeſcentes urantur, *Hipp. 6. epid.* Mature illi ſecantur non ,, mox atque hydropici eſſe inci- ,, piunt" ut *Valleſius* præcipit, ſed ſtatim, atque adhibita fuerint, ut *Celſus* aliique faciunt, cætera artis præſidia: nunquam autem poſt vitiata viſcera, poſt malum corporis habitum, poſt languidas, confectaſque ægri vires, ne ſcilicet qui traheretur non ſectus, ſectione maturius rapiatur. De tempore ſecandi tabeſcent. *v.* VII. *aph.* 44. *Ex aſciticæ mulieris ventre mille, & triginta pondo aquæ unciæ unica vice extractæ ſunt, quoad nempe venter inanis omnino fuit debita compreſsione adhibita, quin ægra animo linqueretur, aut morbus recrudeſceret. Imo brevi ſanato vulnere chalybis uſu perfecte convaluit.* Huic mulieri in Xenodochio decumbenti curationem adhibebat Aſtorius medicus, philoſophuſque doctiſsimus. De hydropicorum aqua univerſim ſectione educenda *videndus eſt Mead monit. med. cap.* 8. & *Monro filius eſſai ſur l' hydrops. §. 129. pag. 275. ſeqq.*

XXVIII. *Neque podagra.* Raro podagrica, chiragricaque vitia, vel caſtratos, vel pueros ante feminæ coitum, vel mulieres, niſi quibus menſtrua ſuppreſſa ſunt, tentare, *Celſus* annotat: quod etiam noſtris temporibus verum eſt.

XXIX. *Mulier.* Vid. not. aph. præced. *Defecerint.* Adde: aut pauciora fluxerint. *Seneca epiſt. 95.* loquens de pueris, & mulieribus, dicit, eos ætate Hipp. magni, fuiſſe liberos à podagra, tempore vero ſuo paſsim laboraſſe, non quod natura eſſet mutata, ſed quod mutati erant mores, ſcilicet excreverat mirum in modum luxus, atque intemperantia omnis vitæ. *Ex Mercur.* Sed *Seneca* cum ſcripſit: *paſsim*, ad mores, qui philoſophus erat, reſpexit. *Celſus*, cum raro, ſcitius, eos his morbis dixerit laboraſſe, ad naturam, ut medicus. *Vid. aph. præced.*

XXX.

XXX. Puer podagra non laborat ante uſum venereorum.

XXXI. Dolores oculorum *vini* meri potio, aut balneum, aut venæ ſectio, aut medicamentum epotum ſolvit.

XXXII. Balbi à *longo* alvi profluvio maxime capiuntur.

XXXIII. Qui acidum eructant, non valde *pleuritide* corripiuntur.

XXXIV.

XXX. *Non laborat.* Niſi raro. *Vid. aphor.* 28. *&* 29. & niſi morbus hæreditarius fuerit, *Hollerius*, niſique parentes lue venerea contaminati fuerint, *Heurnius.*

XXXI. *Vini.* Vinum convenit, ubi craſsi, viſcidique humores dolorem pariunt, calefacit quippe vinum, & diſcutit. At ubi in oculis eſt ſiccitas & ſquallor, ab eo prorſus abſtinendum conſilio *Ballonii. Balneum.* Hic agit potiſsimum de fotu, qui fit molli ſpongia, aut linteolis ex aqua, aut lacte calidis, aut per æſtatem egelidis, aut ex quoque alio humore expreſsis, & ſuper oculos impoſitis bis, terque die, ſepiuſque etiam, ſi dolor urget. Præter oculos, caput quoque perfundi, ait *Celſus*, debere prius calida, deinde egelidas. *Medicamentum.* Vid. aph. 17.

XXXII. *Balbi*, ſive eos intelligat *Hipp.* qui * *trayloi*, * *blæſi* dicuntur certas quaſdam literas pronunciare nequeuntes, ſive qui * *pſolloi*, * *balbì* nominantur literam, ſyllabamve omittentes in pronunciatione vocum, ſive demum qui appellantur * *chnophoonoi*, * qui inter loquendum hærent, titubantque, nec ſyllabam ſyllabæ nectere rite queunt; conſtat horum pleriſque humeſcere linguam „ & quibus lingua humeſcit, eiſdem ple„ rumque & alvus“ *Liebaut*, *&* *Heurn.* Hinc mirari ſubeſt, Gorterum poſtquam obſervaſſet duos balbos alvo adſtricta, cæteros quibus os humeſceret, laxa, hanc incertam *Hippocratis*, vixque rei medicæ utilem, appellaſſe ſententiam.

XXXIII. *Non valde.* Nempe ob ventriculi bonam concoctionem, cujus acidus ructus fere perpetuum indicium eſt, pleuritis autem ab inſigni ſanguinis lentore oritur, quod ex ſanguine miſſo in illo morbo notiſsimum eſt. *Liſterus l. c.*

XXXIV. Quicunque calvi ſunt, his magnæ varices non fiunt. Quibus vero calvis varices magnæ ſuperveniunt, hi rurſus capillati fiunt.

XXXV. *Hydrope* laborantibus, tuſsis ſuperveniens, malum.

XXXVI. Difficultatem urinæ, vena ſecta juvat; ſecare vero interiores.

XXXVII.

XXXIV. *Varices. v. aph.* 21. VI. *Non fiunt.* De veritate aphoriſmi poſt *Galenum* fere omnes dubitant interpretes, ſi de iis ſermo ſit calvis, quibus caput ætate nudatur. Sed veriſimile eſt *Hippocratem* de iis fuiſſe locutum, quibus capilli propter morbum, quo capitis cutis affligitur, fluunt. Qui igitur hujuſmodi calvitie laborat, ei fere magnæ varices non fiunt: acer enim, craſſuſque humor, quo varices excitantur, ad caput convertitur. Quod ſi is ipſe humor, capitis cutem deſerens, varices in cruribus, ſcrotoque creet, renaſci quoque capilli poterunt. Nam ut varices maniam, *aph.* 20. & liguæ hæſitationem tollunt, 2. *epid.* ſic & calvitii cauſſam auferre queunt. Raro tamen id accidere ſcribit poſt *Ariſtotelem Mercurialis*: annotatque hic, in concive ſuo reſtitutum fuiſſe capillitium hæmorrhoidum fluxu.

XXXV. *Malum.* Quin in hydrope inveterato, cujuſcunque generis is fuerit, tuſsis perſeverans ſpem fallit, mortemque appropinquare ſignificat. Idcirco lethale ſcribitur *aph.* 47. VII. *Hollerius* huic tuſsi obſervat præcedere magnam ſpirandi difficultatem. *Liebautius* non tam tuſsiculam hanc ait eſſe debere, aut ad tuſsiendum propenſionem, ſed veram vehementem & difficilem tuſsim à materia in pulmone contenta. *Tuſsis vehemens, perſeveranſque impetu ſuo hydropicum ſine febre, firmiſque adhuc viribus ſedentem, & nec opinantem ſuſtulit, nullo ex ore rejecto ſanguine, nec aqua, nec pure ullo. Mulier tuſsi diu vexabatur arida, continentique. Hydrops inde ortus portenti inſtar tuſsim diſpulit. Meminique virginis, cujus recentem hydropem conſequebatur tuſsis ſicca anhela, vehemens, exporrigebaturque hæc uſque ad ſolutionem hydropis, non tam copioſis urinis partam, quam humore ſenſim, diuque ex utero exſtillante albo, craſſoque.*

XXXVI. *Difficultatem.* * *dyſqurieen*, * *dyſuriam*, id eſt, dif-

XXXVII. Ab angina *detento*; ſi tumor fiat in collo, bonum; *foras enim morbus vertitur.*

XXXVIII. Cancros occultos omnes, melius eſt non curare; curati enim cito pereunt; non curati vero longius tempus perdurant.

N XXXIX.

---

difficilem, & dolorificam urinæ excretionem. *Vena ſecta juvat.* Quum morbus à ſanguine oritur exuberante, aut ab inflammatione veſicæ, vicinarumve partium, *Holler. ex Gal.* Valet etiam ſanguinis detractio ad urinæ ſtillicidium, *aph.*48. VII. urinæque ſuppreſsionem ab eiſdem cauſsis profectam. *Mirabilis eſt caſus theologi cujuſdam apud Tulpium lib. 2. cap. 43. Huic urina quolibet ferme ſupprimebatur plenilunio, neque fluebat iterum, niſi aut luna declinante, aut ſecta brachii vena. Interiores.* Cujuſmodi eſt baſilica in brachio, & ſaphena in pede ad malleolum. *Interiores.* Interiores ne, an exteriores venæ ſecentur, parum refert. Id noſſe expedit, in nimia ſanguinis multitudine, inque veſicæ, vicinarumque partium inflammatione, tenſione, ardore ſecandam primo venam eſſe brachii, deinde eam, quæ in pede eſt.

XXXVII. *Ab angina. v. præſag. Hipp. lib. 3. n. 17. ſeqq. Bonum.* Utique ſi laryngem occupans inflammatio foras vertatur ex toto. Secus, ut plurimum lethale; eo quia externus tumor ortus, interni magnitudinem, augmentumque ſignificat; uti *anginoſæ* accidit 3. *epid.* recenſitæ. *Bis & ipſe obſervavi labra, collum, malas duplo majora, linguam vero quadruplo evaſiſſe, ob vim inflammationis fauces occupantis: Ægrorum alter nona extinctus die eſt, alter undecima. Utrique erat ſumma deglutiendi difficultas, neutri ſpirandi maxima.* Servantur igitur, quibus tumor obortus extrinſecus internam tollit, aut ſaltem minuit inflammationem; ut ſi facilius ſpiret, deglutiat, minus febriat, minus doleat, minuſque ſitiat, nec tumor intro recurrat, donec morbus ex toto deſinat.

XXXVIII. *Cancros.* Cancer tumor eſt durus, renitens, inæqualis, dolorificus, oris prætumidis, lividus, venas fere nigricantes emittens, corporaque potiſsimum glanduloſa occupans. *Occultos.* Id eſt, non ulceratos. *Martianus* interpretatur ſubmerſos, & ad ſuperficiem parum elevatos: aut fortaſſe rectius dixeris immobiles, & ſubjectis, viciniſque partibus nimium

XXXIX. Convulſio fit vel ex repletione, vel ex inanitione; ita vero & ſingultus.

XL. Quibus dolor circa *hypochondrium* fit abſque inflammatione, his febris ſuperveniens morbum ſolvit.

XLI. Quibuſcunque ſuppuratio in corpore exiſtens non innoteſcit, his ob craſsitudinem puris, aut loci non innoteſcit.

XLII.

---

mium adhærentes, qui nec ferro exſcindi, neque igne conſumi ex toto poſſunt. *Non curare*. Id eſt, igne, ferro, & medicamentis corrodendi vi præditis, aut humectantibus, emollientibus, putrefacientibus. Adhibenda exſiccantia, & indurantia, ſi cultri aciem cancer reſpuat, quippe qui ſit immobilis, nerviſque & vaſis adhærens ſanguiferis, aut nobili cuipiam parti, quæ ſectionem prohibeat. Mobiles vero, quique cellulari tantummodo inſiſtunt membranæ, & nondum apertos cancros (aperti enim vetuſtiores, malignioresque ſunt) ſectione ex toto eſſe auferendos, tum obſervata, tum ipſe uſus docet.

XXXIX. *Convulſio v. aph.* 57. IV. *Vel ex repletione*. Repletionem, & inanitionem *Pitcarnius* quoque agnoſcit pro ſolis convulſionum cauſsis. Quippe irritationem ad repletionem refert, quod fluida corporis ad partem irritatam propellantur.

XL. *Hypochondrium*. Id eſt, regionem eam quæ à mucronata cartilagine utrinque ad illa uſque protenditur. *Abſque inflammatione*. Quum ſcilicet dolor ab humoribus gignitur craſſis, frigidis, inertibus, flatibuſve. Huc *aph.* refer 52. VII.

XLI. *Suppuratio*. Intellige pus in aliqua cavitate collectum. *Ob craſsitudinem*. Si intus in capite, intuſque in pectore ſit ſuppuratio, non tactu explorare, ſed ſolummodo conjectura perſequi per ea potes quæ habentur præſag. *lib*. 2. *n*. 52. *ſeqq*. & *lib*. 3. *n*. 12. *ſeqq*. ſin intus gignatur in ventre, ex ſignis *præſag. lib*. 1. *n*. 53. *ſeqq*. propoſitis, & tactu quoque potes deprehendere. Hoc vero eæ maxime dignoſcuntur, quæ extra excitantur in corpore, modo ne id puris craſsities prohibeat, aut ejuſdem profunditas. Tumor enim, qua ſuppuratus eſt, molleſcit, acuiturque, in eoque fluctus incluſi puris percipitur, ſi alternis digitis, manuve præmitur, ac contrectatur idem. Nihil horum ſequitur, quum pus craſsius remotumque eſt. Omne porro crudum, ſubcrudumque pus craſsius eſt. Sed & frigidi tumo-

XLII. Morbo regio laborantibus, ſi fiat hepar durum, malum.

XLIII. Quicunque lienoſi ad *dyſenteria corripiuntur longa, eaque in hydropem, aut lienteriam convertitur,* moriuntur.

XLIV.

---

mores fere ſunt duriores, quod ſæpius materia melli adipi, ſeboque ſimili, quam pure repleantur. Interdum etiam cartilagines, oſſa, tophi, lapideſque in eiſdem gignuntur. *Pus in juvene quodam non deprehendebatur, quod ſupra coſtas ſpurias dexteri lateris deliteſceret. Pleuram perrupit pus acrius factum. Tandem ſectus tumor eſt, erupitque pus prima vice ad uncias 30. ſequentibus paullo minus. Veriſimile eſt tumorem externum puris non plus ſe libra continuiſſe. Æger intra dies 50. ex toto convaluit. Statim atque ſectus eſt, febris deſiit. Mirum neque tuſſi unquam laboraſſe, neque ſpirandi difficultate.*

XLII. *Morbo regio v. aph. 62. IV. Malum.* At ſi hepar propter ſcirrhum, aut inflammationem induruerit, plerumque lethale. Fere namque ſcirrhus in malum corporis habitum, atque in lethalem hydropem deſinit, interdum etiam corporis macie terminatur, inflammatio autem plerumque cita morte finitur. In hac, febris acuta eſt, ardenſque, ſitis inexplebilis, linguæ ſiccitas, dexteri hypochondrii tumentis, durique dolor ingens, lumborumque, ad humerum jugulumque ſæpe perveniens, ſpiritus difficultas, tuſſis, ſingultus, vomitus. In illo nullus, aut certe obtuſus dolor eſt, nulla febris, nec ſitis, aut nonniſi exigua; reſpiratio poſt cibum, aut ex motu corporis difficilior, graviorque in oppoſito latere decubitus. *Veſtali hepar virgini ictericæ tribus ab hinc annis ſenſim induruit. Febris cum horrore accedebat ſemel die. Sitis, cibi faſtidium, vigiliæ nocturnæ, frequens hypochondrii dextri dolor, virium imbecillitas, corporis extenuatio. Videbatur morti proxima. Attamen vivit adhuc, nec vivit modo, ſed etiam melioris eſt habitus, quamquam pedes tumeant, ægriuſque moveatur. Illud mirum, ictericum morbum fere ſolutum, nec quicquam emollitum hepar.*

XLIII. *Lienoſi.* Qui lienem quoquo modo affectum habent. Fere enim magnum, ac durum habent, *Hipp. de affect.* & mali coloris ſunt, & extenuantur, & cibos male coquunt; interdum etiam maculis, aut ulceribus ſcatent, flatibus vero ſemper abun-

XLIV. Quibus ex ſtillicidio urinæ ileos ſupervenit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperveniente ſatis urina fluxerit.

XLV. Ulcera quæcumque annua ſunt, aut diuturniora, os abſcedere eſt neceſſarium, & cicatrices cavas fieri.

XLVI.

---

abundant, quorum alii cibos faſtidiunt, alii vero avidius appetunt; alii laxam, alii adſtrictam alvum habent, hique frequentius expuunt, ac mingunt. *Dyſenteria.* v. aph. 12. III. *Longa.* Quæ ventriculi, inteſtinorumque robur evertit, quæ fluidorum vividiores particulas diſsipat, ſolidorumque contractiones enervat. Quæ vero brevis eſt, ſalutaris eſſe poteſt, *aph.* 48. *& coac. n.* 295. *Lind.* niſi ab atra bile fiat, *aph.* 24. IV. niſi inteſtina exulceret, inflammetque, ſed hujuſmodi, qua humor omnis inutilis in lienem incumbens evocetur. *v. cit. aph.* 48. *Lienteriam.* v. aph. 22. III.

XLIV. *Ileos.* Obſtructio eſt tenuis inteſtini peracuta, & dolorifica, nihil ſinens deorſum deſcendere cum frequenti vomitione, aut vomendi deſiderio conjuncta. *v. aph.* 10. VII. Fortaſſe hic loci *ileos* pro vomitu tantum accipitur. *Veſicæ calculo laboranti mictio ſenſim minuebatur. Sitis & ciborum averſatio increſcebant. Febris vix percipiebatur. Urgebant dolorifici veſicæ conatus. Vires deficiebant. Celer, & perquam exiguus erat pulſus, extrema frigeſcebant. Pridie ante mortem ſopor. Frequens toto morbi tempore vomitus aderat. Cui urina contrahebatur in veſica, licet ſubinde tantum ejus flueret, quantum fere ſani ſolent homines reddere; continens, vehemenſque ei erat ciborum vomitus. Præſcribebatur mercurii vivi potus ad eum ſiſtendum. Secus ipſe, vomitum curandum eſſe, dixi, urinæ detractione. Nec mea me feſellit opinio. Etenim immiſſa in veſicam fiſtula, dimiſſaque urina, continuo vomitus quievit.* Ex quibus apparet affecta veſica, *Celſus* VII. 27. „ſæpe affici ſtomachum, cui „cum *eadem* veſica quoddam conſortium eſt.“

XLV. *Annua.* Scilicet quæ annum attingunt, aut excedunt; quo tempore non ſaneſcunt, vel, ſi ad cicatricem perducantur, iterum aperiuntur, & recrudeſcunt. *Abſcedere.* Id eſt, corrumpi: cujus ſigna ſunt pus copioſius, tenujus, fœtentius, ac lividius; fungoſa, ac nigricantia labra ulceris, coeuntia ſæpius, ſed non coaleſcentia, oſsis color niger, aut lividus. *Eſt neceſſarium.* Non tamen ſemper, annotante *Gortero.*

XLVI. Qui gibbi ex aſtmate, aut tuſsi fiunt, ante pubertatem moriuntur.

XLVII. Quibuſcumque venæ ſectio, vel purgatio cum medicamento convenit, hos vere purgare; vel venam incidere oportet.

XLVIII.

XLVI. *Gibbi.* Quibus ſpina dorſi admodum incurvatur, pervertiturque tam ad poſterius, & anterius, quam ad latera: idque ſive propter tuſsim, aut aſthma fiat, ſive ob frigidos tumores, ſuccoſve craſſos, & acres vertebrarum vincula obſidentes, laxantes, contrahentes, atque adeo vertebras ipſas è ſede dimoventes, & ſenſim etiam tuſsim, & ſpirandi difficultatem inducentes. Nam & gibbi „ qui ſcapulas, alarum modo eminen„ tes habent, * *eiſi phyſoodees* * " id eſt, ut ipſe legerim, *anhelantes ſunt*, *ſuſpirioſique.* Epid. 6. *Ante pubertatem.* Tuſsis, & aſthma, fere pulmonem laborare, ſignificat. Hoc in pubertate incrementum capit: ſecus thoracis capacitas vix augetur, quod ejus detorta, perverſaque oſſa quamminimum creſcant. Pulmo igitur per ea tempora plus laborabit, utpote in anguſtiori ſpatio, ſegniuſque humores in ejuſdem vaſis moveri, æquum eſt, & facilius coire. *Moriuntur.* Partim tuſsi repente ſuffocati, aut ſputo ſanguinis, partim pleuritide, aliiſque acutis morbis rapti, partim hydrope aut phthiſi conſumpti. Poſt pubertatem orta gibboſitas finito nimirum corporis incremento, licet cum tuſsi, & ſpirandi difficultate incidat, ſerius occidit. Præſertimque ſi aut ex caſu, aut ex ictu oriatur, aut ſi ab internis cauſsis ſit genita, tuſsi tamen vacat, & ſpirandi difficultate. Plures enim horum non 40. modo, ſed 60. & 70. quoque annum attingunt.

XLVII. *Vere.* Id eſt, veris tempore. Ergo ſi ad cavendum morbum, aut ſanguinem ex vena detrahere, aut alvum medicamento ducere, aut utroque præſidio uti expedit, id vere faciendum; quod vires corporis per id temporis valeant, quod ab externis injuriis minus ſit timendum, quod fluida ſint ad fluendum aptiora, ſolidaque ad eundem ipſa propellenda paratiora. „ Illud præterea eſt obſervandum in morbis qui redeunt „ certis intervallis, & anni partibus, & maxime à craſſa ma„ teria, ut melancholia, & pituita; quod non ſolum vere „ purgare convenit, ſed etiam autumno ad majorem cautio„ nem." *Holler.*

XLVIII. Lienoſis *dyſenteria* ſuperveniens, bonum.

IL. Quicumque morbi podagrici fiunt, ſedata *inflammatione, intra dies quadraginta* finiuntur.

L. Quibuſcumque præciditur cerebrum, his neceſſe *eſt* febrem, & bilis vomitum ſupervenire.

LI. Quicumque ſani dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit.

LII.

XLVIII. *Lienoſis. v. aph.* 43. *Dyſenteria.* Videtur locutus hoc loco *Hippocrates* de ea dyſenteria, quæ ſanguinea nominatur, per quam ſanguis ſine inteſtinorum exulceratione dejicitur, brevique placatur; nam ſplenem evacuat. *Heurnius.*

IL. *Intra dies quadraginta.* Niſi tamen tophi ſint jam concreti; niſi peccetur à medicis, aut ægris, niſi materia ſit valde craſſa, & viſcida; denſum & durum corpus; calor nativus imbecillus. *Hollerius.*

L. *Præciditur.* Id eſt, profundum vulnus cerebro infligitur. *Vomitum.* Vomitus, ſeu bilioſus, ſeu pituitoſus, ſeu vomendi deſiderium in cerebri vulneribus ſtatim plerumque incidere ſolet; tam fracto ſolum cranio, quam pertuſis cerebri membranis, aut pericranio. In gravioribus cerebri vulneribus, contuſionibus, & fracturis cranii præter vomitum, & vertiginem, caſus quoque, aut vocis privatio, aut paralyſis artuum ſæpe obſervatur: in quibus febris poſtridie, aut 3. aut 5. accenditur die; in levioribus aut harum partium læſionibus, 7. 9. 11. 14. aut etiam tardius febris ſupervenit, & gravioribus accedentibus ſignis, quæ ante non fuerunt, plures intereunt.

LI. *Muti.* * *aphonous*, * *mutos*, intelligat *Hipp.* non modo voce privatos, ſed etiam ſenſu, motuque carentes. *v. Gorræus.* *Niſi febris.* Quæ tamen acuta eſſe convenit, & ſatis vehemens, *Holler. coac.* non ſic tamen, ut vires exſolvat. *Idem. l. c.* Neque febris longe à morbi principio accedat, ſed ſtatim atque is incœperit: nam quæ ulterius progreſſo morbo apparet, quæque ut plurimum lenta eſt, in ægri perniciem invadere, notat *Martianus* 2. *de morb.* idque & de hoc morbo, & de vera apoplexia verum eſſe ſolet.

LII. Oportet vero, & conſiderare oculorum in dormientibus ſuſpectiones; nam ſi quid album commiſsis palpebris ſubinſpicitur, neque ex alvi profluvio, aut medicamenti potione iſtud contingat; malum eſt ſignum, & lethale valde.

LIII. Deſipientiæ, quæ cum riſu fiunt, ſecuriores; quæ vero cum ſtudio, periculoſiores.

LIV. In acutis *morbis*, qui cum febre ſunt, luctuoſa ſuſpiria; malum.

LV.

LII. *Malum eſt ſignum.* Niſi ſic dormire conſueverit æger. *vid. præſag. lib.* 1. aut niſi diutius vigilaverit, aut longo itinere defatigatus fuerit, aut vehemens triſtitia præceſſerit, aut longa alimenti indigentia, aut alvi profluvium, aut immodica alia quælibet evacuatio, quæ ſit ſponte, aut arte excitata, *ex Holler. Lethale valde.* Non tamen ſic ut nemo prorſus effugiat, niſi quoque alia ſigna concurrant lethalia.

LIII. *Deſipientiæ.* Intellige deliria per febres hic loci, *Cardanum* ſi audias; ſin Hollerium, deliria aſsidua ſive cum febre fuerint, ſive non. *Securiores.* Niſi tamen riſus ex læſo, inflammatoque diaphragmate contigerit. *v. Martianus. Cum ſtudio.* Id eſt, cum labore, ſolicitudine, cura, animi angore: ** ſpoudee*, ** ingens labor*, *Erotiano* audit ex *Homeri iliad.* 15. *Periculoſiora.* Quæ cum temeritate fiunt, periculoſiſsima ait eſſe *Hollerius*. Furibunda, & lachrymoſa deteriora iis, quæ cum riſu fiunt, *Cardanus* agnoſcit, minus, vero mala iis, quæ cum ſtudio incidunt: viditque ex furioſa deſipientia, plurimos evaſiſſe febrientes, ex ſtudioſa, pauciſsimos.

LIV. *In acutis*. Id eſt, in continuis, acutiſque febribus. *Luctuoſa ſuſpiria.* Spiritum offendentem nominat *aph.* 68. IV. Reſpiratio eſt plorantium puerorum, reſpirationi perquam ſimilis. Fit enim ſpiritu interrupto, ſubſiſtente interim thorace, deinde rurſum id quod deeſt adjiciente, quam etiam *epid.* 2. *&* 6. intro reſpirationem vocat *Hipp.* veluti in ſuperſpirantibus. *ex Mercur. Malum.* Quippe „ eſt motus quidam convulſivus „ muſculorum, qui movent thoracem: talis vero motus eſt „ convulſionis initium. Quare in acutis febribus, maxime ſi „ delirare etiam ægrotantes cœperint, metum facit, ne homo „ cum convulſione moriatur.“ *Valleſius.*

LV. Dolores podagrici vere, & autumno magna ex parte moventur.

LVI. In morbis melancholicis, ad hæc periculoſi decubitus, ſtuporem corporis, vel convulſionem, vel furorem, vel cæcitatem ſignificant.

LVII. Apoplexiæ autem fiunt maxime à quadrageſimo anno uſque ad ſexageſimum.

LVIII.

LV. *Vere.* Deinde hieme, poſtremo æſtate. *Holler. ex Aurelian.* *Magna ex parte.* Id quidem veriſsimum eſt, licet multis etiam hieme moveantur. *Equidem cum annos amplius triginta ex pedibus laborem ſingulis primis quindecim anno declinante torquebar, poſterioribus vero aliis, cum & veſicæ morbis, & vertiginibus viciſsim implicari cæperim, & ſerius & mitius, fere tamen ſemper hieme affligi ſoleo: neque nunc humor pedes tantum infeſtat, ſed modo manum petit, modo humerum, & ſcapulam vexat. Dii faxint, ut parcat naſo. Eo namque repens podagra, utique ſi antiqua fuerit, ut quiſque ſuæ diſponat domui, fere ſuadet.*

LVI. *Melancholicis.* Melancholici ii appellantur morbi, in quibus æger, aut ſine febre delirat, aut diu, multumque, & ſine cauſſa manifeſta, triſtis, mæſtuſque ita eſt, ut vel amicos fugiat, & averſetur, ac taciturnior inde fiat. Sæpe etiam cibos male coquit, flatibus abundat, ventriculi tenſione, dolore, pondereque tentatur, interdum & vomitu, vertigine, aurium ſonitu, capitis gravitate, doloreque corripitur. Ei quoque alvus fere aut adſtricta nimium eſt, aut fuſa. *Ad hæc.* Id eſt, ad ſequentes morbos proclivis eſt homo melancholicus. *Stuporem.* Id eſt, abolitionem ſenſus, & motus univerſi corporis, aut partis dimidiæ. *Convulſionem.* Morbus eſt, in quo modo totum corpus, modo pars ejus ſine voluntate trahitur, aut tenditur, aut concutitur. Addunt & epilepſiam plerique. *Furorem.* Delirium nempe ſine febre, tamen cum audacia, & furore conjunctum.

LVII. *Fiunt maxime.* Senibus apoplexiam familiarem eſſe, ſcriptum jam eſt 31. *aph.* III. dicitur enim ſenilis potiſsimum morbus, quemadmodum epilepſia puerilis. Veriſimileque eſt hic loci locutum fuiſſe Hippocratem de ea apoplexia, quam melancholicus humor concitat, qui à quadrageſimo ad ſexageſimum ætatis annum magis abundat, uti pituita ſequentibus an-

LVIII. Si omentum excidat, neceſſario putreſcit.

LIX. Quibuſcumque à coxendicum dolore moleſtatis excidit coxa, & rurſus incidit, his mucores *innaſcuntur*.

LX. Quibuſcumque à coxendicum dolore moleſtatis diuturno excidit coxa; his crus tabeſcit, & claudicant, niſi urantur.

* * * * * * * * *

* * * * * * * *

* * * * * *

* * * *

annis, in quibus apoplexiæ, quas creat pituita, familiares admodum ſunt; fereque per hiemem. „ Juvenes apoplexiæ à ſan-„ guine craſſo, aut multo, aut concreto, & grumoſo, aut à „ vini liberaliore uſu quovis tempore" obnoxii ſunt, *Liebautius* „ vere tamen potiſsimum. Qui conſiſtentem ætatem degunt, & „ qui ſenes ſunt virides" nimirum à 40. ad 60. etatis annum, „ apoplexiæ à melancholico humore, vere, & autumno, oppor-„ tuni ſunt." *Idem.*

LVIII. *Excidat.* Ut in vulneribus ventris. Si enim protinus non trudatur intro, brevi liveſcit, & corrumpitur omentum.

LIX. *Coxendicum dolore.* Nimirum *iſchiadice.* *Excidit coxa.* Id eſt, ſi caput oſsis coxæ excidàt ex acetabulo, ſeu cavitate qua conditur, & rurſus incidat; id eſt, acetabulo reſtituatur, id accidit propter muccum implentem acetabulum, coxæque ligamenta relaxantem.

LX. *Tabeſcit.* Id eſt, extenuatur, gracileſcit. *Urantur.* Uſtionis modum, quo veteres utebantur in morbis, deſcribit *le Clerc. hiſt. med.* Recentiores præferunt emplaſtra diſcutientia, & reſolventia; inter quos experientiſsimus eſt *Gorterus.*

APHORISMORUM HIPPOCRATIS

SECTIO VII.

I. IN morbis acutis, frigus partium extremarum malum.

II. In oſſe ægrotante caro livida malum eſt.

III. A vomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum.

IV. A ſudore horror, non bonum.

V.

I. *Acutis.* Quos febris continua comitatur, ac vehemens. *Vid. aph.* 48. IV. *Extremarum.* Ut naſi, aurium, manuum, pedum. *Malum.* Præſertim ſi frigus perſeveraverit cum æſtu præcordiorum.

II. *Ægrotante.* Id eſt, carie, ſeu corruptione affecto. Sæpe, oſſe integro, liveſcit caro in tophis podagricis, & luis venereæ; aliquando tamen etiam eodem corrupto. Quare oportebit, auctore *Hollerio*, tum cutem diſſecare, & cauterio carnem urere uſque ad os; deinde deradere quidquid eſt carioſum in oſſe.

III. *Malum.* „ At hæc duo ſimul, non ſeorſim, ſi vomi-„ tui ſuperveniant in morbis acutis, & ad aliquod tempus per-„ ſeverent, lethalia habenda ſunt, quia inflammationem ce-„ rebri, vel ventriculi denunciant.“ *Liebautius.*

IV. *A ſudore.* Sive ſtatim horror ſudorem excipiat, ſive poſt duos, tres, pluresve dies in acutis morbis, difficilem morbi ſolutionem indicat, cumque lethalibus ſignis, mortem.

Non bonum. Immo malum admodum, ut quidam cum *Mercuriali* exiſtimant. „ Et certe“ is inquit „ ex iis qui referun-„ tur in lib. epidem. horruiſſe, vel riguiſſe ſtatim poſt ſudores, „ complures interierunt.“ Crebra quoque horreſcendi, & ſudandi viciſsitudo mala eſt judicio. *Heurnii.*

V. A furore *dyſenteria*, vel hydrops, vel extaſis, bonum.

VI. In morbo diuturno faſtidium cibi, & dejectiones ſinceræ malum.

VII. Ex multa potatione rigor, & deſipientia malum.

VIII.

V. *Dyſenteria v. aph.* 11. III. *Hydrops.* Ecquis hic, *hydrops*, legerit? Bonum ne dixerit *Hippocrates* furori ſupervenire hydropem, ſi furor longe frequentius ſanatur, quam hydrops? Ut jure conjiciam corrupta exemplaria, legendumque * *imnos*, * *ſomnus*; non autem * *hydrops*, * *hydrops*: ſomnus enim etiam arte inductus ſæpe furorem tollit. *Exſtaſis.* Hoc loco pro taciturnitate ſumitur, proque mentis abſtractione à corpore, ei perquam ſimili, qua quidam capiuntur contemplantes cœleſtia. *v. Gorterus.*

VI. *Diuturno.* Cujus principium ſcribit eſſe *Hollerius* diem 40. ut in longo alvi profluvio, in febre quartana, ſi æger qui prius appetebat, jam cibum non appetit, malum eſt. „Poſt „cupiditatem cibi" ait *Celſus* „poſtve longas febres, cibum „faſtidire, mali morbi ſignum eſt." *Et dejectiones ſinceræ.* Hæ quoque etiam ſine cibi faſtidio malæ ſunt. *Celſus*: „malum eſt etiam, quod poſt febres longas ſincerum eſt." Si vero dejectiones ſinceræ, & cibi faſtidium ſimul fuerint, longe pejus eſt. *Sinceræ.* Id eſt, meræ, ut cum flava bilis, aut viridis, aut æruginoſa, aut nigra, aut etiam ſincerus ſanguis, aut pituita dejicitur. *Ballonius* ſinceras dejectiones vocat, quum non admixta eſt ſeroſa humiditas, quæ cuique humori ineſt.

VII. *Potatione.* Ex largiore potu non vini modo, ſed cujuslibet inebriantis liquoris. *Rigor.* Sive inflexilem corporis duritiem intelligas, quam Tetanum Græci vocant (quidam enim ebrii moriuntur convulſi, *aph.* 5. V.) ſive vehemens frigus cum univerſi corporis concuſſu, malus eſt rigor, ac preſertim ſi delirium ſubſequatur. Nam ſi hæc duo ſimul ingruunt ex multo vini potu, metus eſt, ne non reſipiſcat, ſed convulſus moriatur ebrius. *Valleſ.* Sed & rigorem ex ebrietate lethalem eſſe, niſi recaleſcat æger, obſervat *Hollerius*, *coac.*

VIII. A tuberculi intus ruptione exſolutio, vomitio, & animi defectio fit.

IX.

VIII. *Tuberculi intus.* Tuberculi intus rupti nomine debet internus quiſque tumor intelligi, qui in pus verſus eſt, ac ſubinde per ſe apertus. Quod enim hic dicitur * *phyma*, * *tuberculum*, alibi dicitur & frequentius * *empyeema*, * *ſuppuratio*, vomica, abſceſſuſque in ſuppurationem verſus. *Exſolutio.* Eſt levis animi defectio. *Vomitio.* Ut vomitum ciere poteſt ruptus in ventriculo tumor, ſic hunc ſæpe movent animi defectiones. Idque haud raro evenit tum in ſanguinis detractione de vena, tum in vulnerum medicatione. *Animi defectio. Hanc excitavit ruptus affatim tumor externus, prope claviculam ſitus in filiola mea*; „hancque commune ſymptoma puris eruptionum abſceſ-„ſuum ſive externorum, ſive internorum" vocat *Liebautius.* A rupto abſceſſu purulento, raro hanc eandem incidere ſcribit *Gorterus. Tulpius* pulmonum vomica nec opinanti rupta, aut dictum & factum occidi hominem putat, aut lenta tabe conſumi. Quæ ipſe obſervavi de pulmonis vomica, quæ admodum crebro ibi eſt, hæc ſunt. Cum vomica rumpitur, puſque in thoracis cavitatem evomit, fere neque animi defectionem, neque vomitionem facit. Horumque neutrum inter ſigna effuſi puris reponit *Hippocrates in libris prænotionum.* Quum vero intus eadem in pulmone aperitur, puſque non in thoracem, ſed in aſperam fertur arteriam, ſæpe ſub ipſum puris ſputum animus deficit, interdum etiam ſimul æger vomit. *Quorum utriſque, & frigido ſudore, ſenſuumque defectu, nec opinantem affectum nuper vidi hominem in templo quodam, qui ad ſe rediens, pus extuſsiebat ſanguine perfuſum, intermiſtis fruſtis fiſtuloſæ materiæ, quæ cum veteribus quis facile dixiſſet tracheæ ſegmenta fuiſſe.* Si vomica quæ ingens eſt, affatim rumpitur, tracheamque multo repente pure obruit, obſtruitque, valde metus eſt ne ſtranguletur homo: quo pacto plures, qui catarrho ſuffocativo extincti dicebantur, jugulati fuere, quorum trachea pure plena, ſectis cadaveribus, conſpiciebatur, *Swieten. Idem in virginis cadavere ipſe deprehendi, quam capitis apoſtemate repente ſublatam affirmabant; quod pus ex ore, naribuſque cadaveris manaret, quamquam vivens non capitis vitio, ſed pleuritide laboraſſet.* Si vero vomica, ingens licet, ſic rumpatur, ut pus non confertim, ſed pedetentim in tracheam feratur, tum hominem

tu-

IX. A profluvio ſanguinis *delirium*, *aut etiam* convulſio, malum.

X. Ab ileo vomitus, ſingultus, deſipientia, vel convulſio, malum.

XI.

---

tutatur, id eſt, metum ſuffocationis tollit, ſic enim vertendum puto apud *Aretæum pag.* 38. * *atreceei*; * cum alii ſic affecti ſaneſcant, alii progreſſu temporis, quemadmodum phthiſici extingui ſolent, moriantur, alii etiam citius, ſi febris vehemens, ſi ſudor multus, ſi difficilior reſpiratio eſt, è vita emigrent.

IX. *Malum.* Sæpe ſine periculo delirant, & convelluntur mulieres hyſtericis morbis obnoxiæ, fluente ex utero, aut vena ſanguine. Periculoſum eſt delirium, eoque magis convulſio, *aph.* 57. IV. ſi ſanguinis profluvium immoderatum fuerit, quodque pulſum, vireſque exhauſerit, cum extremarum partium frigiditate, viſus, audituſque hebetudine, vocis exilitate, & pallore vultus. *v. aph.* 56. V. Raro autem, delirium ſine præcedentibus, aut ſubſequentibus convulſionibus fuiſſe concitatum, obſervavi, quibus interdum tum virgines, tum mulieres extinguebantur, fluxus licet ſanguinis admodum minueretur. Exitium clare prænunciant virium dejectio, pulſus celeres, atque imbecilli, frequens, aut tarda reſpiratio, frigus extremorum.

X. *Ab ileo vomitus.* In hoc morbo alvus adſtringitur, ut nihil deſcendat, niſi forte liquida quædam, pauca, & ſeroſa. Vomitus non ſemper adeſt, niſi cum pernicioſe ægrotat æger, *Galenus*. Contra *Ballonius* vix fieri putat volvulum ſine vomitu, aut vomendi deſiderio: neque funeſtum eſſe vomitum, niſi ſi ſtercoris ſit. *Hipp.* igitur aut de incipiente volvulo loquitur, qui fere adſtrictionem ventris, doloremque prius parit, quam vomitum; aut puto, ſubaudiendum *vomitum ſtercoris*, aut *graveolentem*, qui exitioſus eſt valde. Pleriſque, poſtquam alvus per volvulum, aliquot dies adſtricta fuerit, ſolvi copioſius ſolet, relevarique ipſe ſibi videtur æger, dum viribus fractis, ſingultiens, frigidumque ſudans poſtridie moritur. *Sic fideliſsima mea periit conjunx, fœmellam enixa, ſeptimo poſt partum die. Huic enim alvus per morbum adſtricta, pridie quam moreretur, bilioſis multis ferebatur, ex quo dolores levari, difficultas reſpiran-*

XI. A *pleuritide*, inflammatio pulmonis, malum.

XII. A pulmonum inflammatione, phrenitis, malum.

XIII.

---

randi minui, ſtercoriſque vomitiones retardari videbantur. Sed viribus in ſingulas horas magis ruentibus, madore mortifero, levique deſipientia accedentibus, fluente adhuc alvo, vomituque ſublato, animam deo reddidit. Morbus uteri inflammatio fuit, quam volvulus conſequebatur. Singultus. Ubi, inteſtino in ſcrotum illapſo, infirmiſque viribus, ſingultus & febris oritur, deſperata res eſt; tumque, ſi vi reponatur inteſtinum, intra 6. aut 7. horas æger moritur. *v. Holler.*

XI. *Malum.* Id eſt, malus eſt tranſitus inflammationis, membranæ coſtas ſuccingentis, pleuræ dictæ, in inflammationem pulmonum. Signa in pleriſque ſunt, ſi pulſus, qui ante durus erat, mollior fiat, ſi obtuſior dolor eſt, ſi difficultas reſpirandi major, & ſputum in pectore ſtrepit, & facies rubicundior, & urina craſsior ac flammea. *Sive tamen hæc adſint, ſive deſint, qui pleuritide intereunt, ſi ſecentur, ſic pulmonem læſum oſtendunt, ut credas non pulmonem à pleura, ſed hanc à pulmone ſolere corrumpi.*

XII. *Phrenitis.* Morbus eſt, quo æger febrit, & continenter delirat. *v. Celſus.* Fallitur vulgus ſolos appellans phreniticos, qui febrientes vociferantur, & in alios inſiliunt. Cæterum interdum etiam in hoc morbo, mens cum furore percellitur, ſæpeque pus excreatur, ægro reſipiſcente. *Peripneumonia laborans mulier quarta die morbi cœperat cum audacia delirare. Septima ad ſe rediit. Nona deceſsit. Quamdiu mentis fuit impos, tamdiu dolorem non ſentiebat, vix tuſsis aderat, vix reſpiratio à ſtatu naturali recedebat. Nullum ſputum. Delirio ceſſante, protinus dolor, tuſsis, difficultas reſpirandi exaſperabatur, uſque ad interitum.* Expectandum porro delirium eſt „ſi dolor „cum ſputis biliosis ſine ratione evanuerit" *Hipp.* id eſt, ſi dolore ſublato, aut admodum imminuto ſine coctionis ſignis, ſine ulla ſubſequente evacuatione, quæ morbum minuat, febris increſcit, ſitis vexat, tuſsis perſeverat, turbulentæ nocturnæque vigiliæ urgent, ſpiritus difficilius trahitur, urina tenujor fluit, ſputumque parcius fertur, atque ægrius. *Malum.* Non tamen ſemper lethale, ut putat *Liebautius*; delirium licet, quod pleuritidi, at peripneumoniæ ſuperveuit, ſit cum furore

&

XIII. Ab æſtibus fortibus convulſio, aut *tetanus*, malum.

XIV. In capitis ictu, obſtupeſcentia, *aut* deſipientia, malum.

XV. A ſanguinis ſputo, puris ſputum, *malum*.

XVI.

& audacia conjunctum, modo vires conſtent, nec lethalia accedant ſigna. Nonnullos enim ſervatos fuiſſe memini, ſputis putridis prodeuntibus, uriniſque multis, aut craſsis.

XIII. *Ab æſtibus.* Sive fortes uſtiones ſint externæ à ſole, pharmaco, aut igne: ſive ſint febres, aut inflammationes: ſive vulnera; ſi rectius * *traymaſin*, * aut * *troomaſin*, * legamus; aut ulcera, contuſiones, & nervoſarum partium fracturæ; convulſio, *aph.* 57. IV. aut tetanus, ſeu nervorum rigor, *aph. cit.* ſuperveniens, non malum modo, ſed lethale plerumque eſt.

XIV. *Obſtupeſcentia.* Qua ſenſus, & motus percellitur, æger veluti mutus, immotuſque, apertis manet oculis. *Deſipientia.* Delirium quod non in abſurditate tantum verborum, ſed etiam in abſurdis, inconcinniſque motibus corporis, & manuum geſtibus conſiſtit. *Malum.* Si in gravi capitis vulnere, fractura, aut contuſione ſtupor, & delirium perſeveraverint, lethale eſt.

XV. *A ſanguinis, &c.* Qui è pulmone tuſsi ſpumans, & vividus ejicitur, aut dilatatis vaſorum extremitatibus, aut diſruptis, eroſiſve vaſis propter craſsitiem, molem, aut acrimoniam ſeri, ſanguiniſque. *Malum.* Eo quia ſanguinem, ſive è pulmonibus, ſive è thorace prorupiſſe ſignificat; eoque proveniens, ſputumque puris poſt ſe trahens, phthiſis metum incutit. Aliquando tamen evenit, ut poſt ſanguinis ſputum, puris formam ſputum induat: verum autem pus non eſt. Quippe & ſine febre excreatur, & dolor abeſt, brevique una cum tuſsi conquieſcit. Aliquando etiam poſt ſanguinis ſputum, pus exſpuitur, febris aliquandiu perſeverat, noctu increſcens, & tuſsis, & lateris dolor adeſt, attamen non procedit ad phthiſim, ſed elapſis 20. aut 30. circiter diebus, morbus ex toto finitur. Quod ſi hoc temporis ſpatium tuſsis, puris ſputum, febriſque pertranſeat, & latus doleat, & difficilis ſit tum reſpiratio, tum decubitus in latere alterutro, & calor ad veſperas acrior fiat, noctuque inſudet, & emarceſcere homo incipiat, maximum phthiſis periculum eſt; præſertim ſi morbus aut hæreditarius fue-

XVI. A puris ſputo phthiſis, & fluxus; quum vero ſputum retinetur, moriuntur.

XVII. In hepatis inflammatione ſingultus malum.

XVIII. In vigilia convulſio, vel *delirium malum.*

XIX.

---

fuerit, aut eum invaſerit, qui tabificum corporis habitum nactus eſt, nimirum gracilem cum ſcapulis alarum modo eminentibus, depreſſo anguſtoque thorace, tenui, longoque collo, itemque manibus.

XVI. *Phthiſis*· Si modo nulla arte, pus queat educi, ſanarique ulcus. Interdum conſolidatur ulcus; ſed non inde detrahitur recidivæ metus. *Fluxus*. Sive ſit alvi fluxus, ſive ſudoris, ſive, quod fortaſſe rectius, ſputi purgatio; hæc enim * *riſis*, * ſignificare poteſt. *Retinetur*. Aut certe, quum imminuitur, aucta difficultate ſpirandi.

XVII. *Singultus*. Poteſt ſingultus cum hepatis inflammatione conjungi, nec tamen ab ea proficiſci. Ex inflammatione eſſe, è ſingultus perſeverantia cognoſces, inquit *Valleſ*. aliæ enim cauſſæ prætereunt facile. *Celſus* ſcribit, adeſſe oportere frequentem ſingultum, & præter conſuetudinem continuum.

XVIII. *In vigilia*. Ex vigilia, quæ acutis in febribus nocte dieque urgeat, quamque non dolor, non animi motus, nec externa quæque cauſſa concitat. *Convulſio*. Quid ſit, *vid. aph.* 57. IV. *Malum*. Propterea quod cerebri phlogoſim, ſive ardorem, ſignificat, aut inflammationem. Scire porro expedit, vigiliam per acutas febres aſsiduam ſolere delirium accerſere, præſertim ſi, *prorrhet*. I. acceſſerit ſurditas, capitis dolor, & vomitus. Sæpe quoque tremores, & convulſiones invehit. Interdum ferinas phrenitides excitat, in quibus æger calcitrat, pedibus ferit, mordicus impetit, excandeſcit, & hoſtes quoſque accedentes habet. In coma etiam, in quo homo profundo, ac diuturno ſomno premitur, interdum tranſit. *Veſtalis virgo pridie hujus diei è febre acuta convaluit, quæ quamvis dies undecim, quibus febris maxime intendebatur, inſomnes prorſus duxerit, nullo tamen delirio, convulſioneque tentabatur nulla. Deſiit die vigeſima morbus. Maxime omnium profuit bilis, quæ infuſis per alvum evocabatur, dejectio: nec præter vigiliam, aliud malum ſignum apparuit.*

XIX. In oſsis *nudatione* eryſipelas.

XX. Ab eryſipelate putredo, aut ſuppuratio, *malum.*

XXI. A forti in ulceribus pulſu, profluvium ſanguinis.

XXII. A ventris dolore diuturno ſuppuratio.

XXIII. A dejectione ſincera *dyſenteria*, *malum.*

XXIV. In oſsis præciſione deſipientia, ſi in vacuum *penetraverit.*

XIX. *Eryſipelas. v. aph.* 25. VI. Quidam *codices* habent * *cacon*, * *malum*; quod *Galeno*, pluribuſque aliis placet: quia ab influxu acrioris ſanguinis, ſerique ægre caro gignitur, qua os tegatur.

XX. *Putredo.* Si eryſipelas ulcus excitet malignum, depaſcens, ichorem graveolentem fundens, aut pus moveat, malum eſt: nam ſæpe fiunt febres acutæ, deliria, convulſiones, & gangrænæ partis affectæ.

XXI. *Pulſu.* Si arteriæ in ulcere, aut vulnere vehementer pulſent, quarum pulſatio, ante non percipiebatur, aut non ita fortis; profluvium ſanguinis timeri debet, quod ſæpe ægre ſiſtatur. Hinc *aliqua exemplaria* addunt: *malum.*

XXII. *Ventris.* Ventris nomine, cavitas hic illa innuitur, ſpatiumque, quod eſt à mucronata cartilagine, coſtiſque ſpuriis, ſeu à diaphragmate ad oſſa uſque pubis, & coccigis. *Dolore diuturno.* Id eſt, ultra ſexaginta dies extenſo, *præſag.* 38. I. Hic igitur dolor, ſi fixus permanenſque fuerit in quapiam ventris parte, in primiſque præcordiorum, deinde ea, quæ ſupra umbilicum eſt, regione, *ibid. n.* 40. febriſque acceſſerit lenta, inæqualis, ac varia, *Cardanus*; maximeque cum frigore, horroreve ad inſtar intermittentium; tumorque, & renixus ejus loci adſit, quem dolor vexat; ſuppurationem fere indicat.

XXIII. *Sincera.* Id eſt, ſive intenſe flava, ſive viridi, ſive æruginoſa, ſive nigra, ſive ſero ſpoliata, quod ejuſdem acrimoniam temperet. *Dyſenteria v. aph.* 11. III. *Malum.* Etenim & humoris malitiam, pravitatemque ſignificat; & vires, utique ſi perſtiterit, doloribus, vigiliis, cibique faſtidio deſtruit.

XXIV. *Præciſione.* * *Diacopee*, * cranii præciſionem, fracturamque ſignificat ad interiorem capitis cavitatem pervenientem, I. *de vuln. capit.* *Si in vacuum.* Quia vel membranæ cerebri, aut cerebrum ipſum ſimul læſum eſt; aut ſanguis ſupra membranas colligitur, qui eaſdem inflammat, & delirium movet.

XXV. Ex medicamenti potione, convulſio lethalis eſt.

XXVI. In forti dolore *partium ad ventrem attinentium, extremorum* frigiditas malum.

XXVII. Mulieri utero gerenti, ſi tenſio ſupervenerit, facit abortum.

XXVIII. Quando os, aut cartilago, aut nervus abſcinditur in corpore, non augetur.

XXIX. Qui alba pituita detinetur, ſi fortis ventris fluxus ſupervenerit, à morbo liberatur.

XXX.

XXV. *Ex medicamenti. v. aph.* 1. V.

XXVI. *Ad ventrem attinentium.* Puta, ventriculi, inteſtinorum, hepatis, lienis, pancreatis, renum, veſicæ, uteri, quarum dolor partium vehemens longe ſæpius, quam cæterarum, quæ ſitæ extra ventrem ſunt, frigus affert extremorum, nimirum manuum, pedum, aurium, naſi, cutis denique univerſæ. *Malum.* Ex ventriculi, inteſtinorumque doloribus, ut ſæpiſsime extremorum oritur frigus, ſic quoque facile, aut eruptione flatuum, aut bilis vomitu, dejectioneque diſcutitur. Si autem non ſolvitur, nec dolor levatur, quamcumque demum partem occupet, eique febris cum rigore, horroreque accedit acuta, ſitis vexat, internæ uruntur partes, externis frigidis, æger cum irrequieto decubitu vigilat, tenſæque partes ſunt, quæ acri, perpetuoque dolore afficiuntur; inflammationem lethalem ſubeſſe, ſignificat.

XXVII. *Tenſio.* Id eſt, teneſmus, ſic dictus ab ea tenſione, ob quam, quum cacare vehementer appetant, continue exſurgunt. Ob talem igitur tenſionem, atque moleſtiam, & totum reliquum corpus laborat, ſed præ cæteris matrix, quæ cognata eſt, & affinis inteſtino recto. *v. Galenus.* Affectus eſt inteſtini recti, gigniturque modo ab ulcuſculis in eodem ipſo factis, modo à viſcidis, & acribus ſuccis eidem impactis. *Facit abortum.* Scite *Liebautius*: abortiendi periculum minatur.

XXVIII. *Quando v. aph.* 19. VI.

XXIX. *Alba pituita.* Leucophlegmatia appellatur, hydropiſque eſpecies eſt, qua totum corpus intumeſcit. *Fortis ventris fluxus.* De eo, qui in longum tempus potrahitur, locutum *Philotheus* putat *Hippocratem. Mercurialis* cenſet, recentem hydropem alvi profluvio tolli, vetuſtum non niſi eodem ipſo

mag-

XXX. Quibus in alvi profluviis, excrementa ſpumoſa ſunt, his è capite pituita defluit.

XXXI. Quibuſcumque febricitantibus, in urinis fiunt ſedimina, veluti farina craſsior, longam ægritudinem fore ſignificat.

XXXII. Quibus autem bilioſa ſedimina, *ſed* ſupra tenuja, *apparuerint*, acutum morbum ſignificant.

XXXIII. Quibuſcumque urinæ diſtantes ſunt, his turbatio fortis in corpore fit.

XXXIV.

---

magno, & aquoſo vinci. *Liebautius* fortaſſe rectius interpretatur *ex coacis* de alvi fluxu aquoſo, qui cruditate vacet; id eſt, in quo cruda, & incocta non deſcendant ingeſta, quique hydrope ineunte fiat. *Liberatur.* Hanc ſententiam, ut facit *Hippocrates lib. de morb.* diſtinguit *Hollerius* his verbis. „Si jam „affectis viribus ægri, & præcipue viſceribus, ſequatur alvi „profluvium, non tollet morbum, ſed ægrum. At ſi morbi „initio, & integris viribus, ac viſceribus, ſponte naturæ per„turbetur alvus, liberabitur æger, vacuata ſcilicet materia mor„bi.“ Præſtat quoque, naturam imitari medicum, ut ſi alvi ductione uti volueris, non id facias, niſi per hydropis initia, conſtantibus viribus, ſaniſque viſceribus. *Vid. aph.* 14. VI.

XXX. *His è capite.* A ſucco nervoſo acriori in capitis doloribus ad inteſtina delato, eorumque motum perturbante, ſpumoſas dejectiones fieri, putat *Gorterus.*

XXXI. *Sedimina.* Si ſedimina hordei toſti, ut *Foeſius* exponit, non exacte moliti craſsioribus fruſtulis ſimilia fuerint; in febricitantibus cum virium infirmitate mortem, cum earundem robore, longitudinem morbi denunciant.

XXXII. *Sed ſupra.* Id eſt, quibus ea, quæ in urina refrigerata ſeparantur, bilioſa ſunt, nimirum aurei, aut ſpicei, aut crocei, aut ſubrubri, aut citrini coloris, atque inſuper tenuja, neque in fundo matulæ, ſed in ſuprema parte apparent, acutum morbum ſignificant. *v. Valleſius.*

XXXIII. *Diſtantes.* Id eſt, inæquales, divulſæ, diverſæ, diſparatæ, quum pars quædam cruda, quædam cocta apparet; aut quum urina variat in ſingulas horas, dieſve. *Heurnius.*

XXXIV. Quibus in urinis, bullæ *innatant*, morbum renalem, & longum ſignificant.

XXXV. Quibus inſidens pingue, ac ſimul totum, his renum vitium, *&* acutum *morbum adeſſe ſignificatur.*

XXXVI.

XXXIV. *Bullæ.* Spuma urinis innatans, non renum modo morbum, ſed alios quoque ſignificare, *Fernelius* annotat, *patholog. lib.* 3. Etenim urinarum ſpuma commune pluribus aliis morbis ſignum eſt, quod tandiu durat, quandiu & ipſa permanet. Impura quoque corpora, licet non ægrotent, nec febriant, ſæpe hujuſmodi urinas reddere cernimus. Craſsities enim efficit urinarum, quominus incluſus aër ſe facile expediat. Quamobrem *Celſus*, dum bullas urinam habentem, velut ſignum renum morbi propoſuit, cætera non reticuit, quibus audentius fidendum. *Et longum.* Rectius disjunctive, & ex græco textu, & ex ipſo Hippocratis uſu ſic eſt accipienda ſententia, ut diu in urinis ſpuma permanens, aut renum morbum indicet, aut longam ægrotationem; quam vel in febribus deprehendit *Gorterus*, in quibus urinæ ſpumam ſervantes excernerentur.

XXXV. *Quibus inſidens.* Rectius: *quibus in urinis adipoſa ſuperficies eſt*, *&* *conferta.* Talis urina, aut acutum renum morbum, aut ſimpliciter renum affectionem, vel acutum morbum, non renalem, ſignificat. Nam eadem ipſa in phreniticis, colliquativiſque febribus ſolet conſpici, non minus, quam in iis, qui longis morbis contabeſcunt ſine renum vitio. *Mercurialis*, ut nodum hunc ſolvat difficilem, tres ex *Actuario* pinguedinis differentias adducit „ aliam; quæ inſtar aranearum telæ ſuperfuſa eſt, aliam, quæ eſt veluti guttæ diſperſæ inſtar olei; „ tertiam, quæ eſt cruſta quædam, qualis ſolet apparere in „ juribus pinguibus ubi refrigerantur “ tertiamque hanc putat, renum morbos, eoſque acutos indicare. Quam cum ipſe nullo unquam in morbo viderim, quaſque vidi urinarum ſuperficies adipoſas, ſine renum vitio ſæpiſsime viderim; ſuſpicari non deſino, an quemadmodum in *libro de urinis* Galeno adſcripto, ubi hæc eadem reperitur ſententia, legendum ſit * *hypoſtaſis*, * *ſubſidens*, quod placet quoque *Philotheo*; non autem * *epiſtaſis*, * innatans; ut ubi in urina ſubſidet (idque perſæpe accidit) mucus quidam abraſam pinguedinem quodammodo referens, nedum renes laborare, ſed vehementer, indicet. Et renum

quip-

XXXVI. Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt ſigna, doloreſque circa ſpinæ muſculos fiunt, ſiquidem circa loca exteriora fiunt, abſceſſus quoque exterius futuros expecta; ſi vero dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abſceſſus expecta futuros interius.

XXXVII. Quicumque evomunt ſanguinem, ſi ſine febre, quidem, ſalutare, ſi vero cum febre, malum. Curare vero acerbis, & refrigerantibus.

XXXVIII.

---

quippe pelvi abraditur mucus ſæpius quidem à calculo, ſæpe quoque ab acribus urinæ, ſerique, quod in ſanguine eſt, particulis.

XXXVI. Quibus. Id eſt, *ex Mercuriali* „ longo tempore „ (cum id ſit proprium affectuum diuturnorum, ut in abſceſ- „ ſum convertantur) circa renes paſsis non ſolum antedicta ſig- „ na in urinis contingunt, verum etiam circa muſculos ſpinalis „ medullæ exteriores, fiunt dolores.“ Sed hic auctor connexionis, quæ in aphoriſmis rariſsime occurrit, eſt nimium ſolicitus. Certe hunc cum antecedenti minus recte connectit; cum in hoc ipſo de longo renum morbo, de acuto in illo locutum putat *Hippocratem*. *Exteriora*. Id eſt, muſculos lumbares externos. *Abſceſſus v. aph.* 31. IV. *Interius*. Id eſt, vel in ipſis renibus, vel in muſculis internis lumbaribus, viniſque partibus. „ Ex iſtis externis abſceſsibus calculos quandoque prodiiſſe, „ quibus exemptis ulcus conſolidatum, & ægrum ſanatum fuiſ- „ ſe, exemplis comprobatum eſt, ſed raris.“ *Beverovicius*.

XXXVII. *Evomunt*. Idem hoc loco ſignificare videtur * *emeouſi*, * *evomunt*, atque * *anaptyouſi*, * *excreant*, *extuſſiunt*, ac * *ptyouſi*, * *ſpuunt*, utique ſi ad locum, unde ſanguis venit, referatur; nam *coac.* legimus: *qui ſpumantem ſanguinem vomunt, de pulmone vomunt*, & aphor. 75. VII. *à ſanguinis vomitu, phthiſis, & puris purgatio ſupra*; libroque de morb. I. ſæpe hoc ipſo vocabulo puris, ſanguiniſve rejectio è pulmonibus indicatur; ſin autem ad modum, id fortaſſe diſcriminis intereſt, quod * *emeouſi*, * *evomunt*, ſignificet ſanguinem è pulmone acervatim erumpentem; * *ptyouſi*, * autem *ſpuunt*, eundem ex eo ipſo pedetentim effluentem, quod *Martiano* quoque placuiſſe videtur; probabileque ex iis eſt, quæ

de

XXXVIII. Deſtillationes in ventrem ſuperiorem ſuppurantur intra viginti dies.

XXXIX.

---

de morb. I. habentur, verbis: * *hee aima emeouſi, hee ptyouſi,* * *aut ſanguinem vomunt, aut exſpuunt*, & infra: * *ptyouſi aima: cai eniote cai emeouſi,* * *ſanguinem expuunt, interdum, & vomunt. Salutare.* Id eſt, minus malum eſt. Etenim minus periclitantur, qui ſanguinem extuſsiunt, ſi febre vacent, quam ſi ea teneantur, quo nihil eſt verius. Ideoque *coac. lib.* legimus: *confert ſanguinem ſpuentibus, ut ſint ſine febre, & tuſſiant, ac doleant leviter, & ut ſputum* tenue fiat (ipſe * *pachynethai,* * *craſſeſcat*, ſeu *pituitoſos fiat*, verterim) *ad dies bis ſeptem: febrire vero, & tuſsire, ac dolere pertinaciter, & ſanguinem recentem ſemper ſpuere, malum eſt.* Cæterum ne is quidem, qui è ventriculo vomitu ſanguis ejicitur, quod perraro proſit, ſalutaris dici poteſt, niſi ſi ſanguinis è pulmonibus comparetur exitui. *V. Gorterum. Malum.* Non tamen lethale, ut putat *Martianus*; ſunt enim qui effugiunt, *aph.* 15. Malum quidem eſt, eo quia loca unde ſanguis fluit, inflammari ſignificat, ex quo puris ſputum fere oritur, ſæpeque ulcus hominem conſumens excitatur. *Acerbis, & refrigerantibus.* Diſtinguendum *ex Hollerio* eſt. Si id fiat vena aperta, curabitur adſtringentibus, & auſteris, ſi rupta glutinantibus, ſi exeſa carnem gignentibus. Adſtringentia porro ſumma cum cautione, nec niſi in maxima ſanguinis eruptione uſurpanda, quippe quæ nunquam fere ſalutarem effectum præſtent, ut ex *Boerhav.* & *Burgravv.* colligimus.

XXXVIII. *Deſtillationes.* Id eſt, catarrhi pulmonem occupantes fere intra viginti dies concoquuntur, puriſque formam adepti fallunt ſuppurationis ſpecie. Sic *Hollerius*, aliique. *Liebautius* vero cum *Heurnio* intelligit pleuræ, pulmonumque inflammationem criſi diſcuſſam nulla, in pus verti ſolere fere intra deſignatum tempus, interdum etiam citius, tardiuſque pro qualitate ejuſdem materiæ. At enim non eſt neceſſe, *Valleſ. de acut.* „ut qui ſuppuratione laborat, pleuriticus fuerit, aut „peripneumonicus: fieri enim poteſt ſuppuratus ob redundan„tiam excrementorum, quam intemperantia victus pepererit.“ Cujus ſpeciem proponit *Hipp. de morb.* I. 10. cum inquit: *Fit autem & ſuppuratus, ſi pituita ex capite ad pulmonem deſtillet,*

cu-

XXXIX. Si quis ſanguinem minxerit, & grumos, & ſtillicidio urinæ laboret, *&* dolor inciderit in *femen*, & imum ventrem, pectinemque, *quæ* circa veſicam *ſunt loca*, male ſe habere ſignificatur.

XL. Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ſtupore elangueat, tale eſt melancholicum.

XLI. Si ſenioribus ſupra modum purgatis, ſingultus ſupervenerit, non bonum.

XLII.

---

cujus ſigna ſunt tuſsis, febris, gravitas in pectore, dolorve ante & retro, difficilis ſpiritus, puris exſpuitio, cibi faſtidium, aliaque hujuſmodi.

XXXIX. *Si quis v. aph.* 80. IV.

XL. *Repente.* Extemplo, ſine cauſſa manifeſta. *Incontinens.* Id eſt, infirma, incerta, titubans, balbutiens. *Stupore.* Id eſt, ſiquę pars motum, aut ſenſum, aut utrumque amittat ſine cauſſa manifeſta, ut compreſsione, ſtupore in crure à calculo, frigore ſuſcepto, &c. *v. Jacot. coac. Melancholicum.* Signum eſt gigni morbum à ſuccis crudis, craſsis, tenacibus, atrabilariis, unde apoplexiæ eſt metus, aut epilepſiæ, aut memoriæ lapſus, præſertim ſi dolor capitis, aurium ſonitus ſine febre, aut tenebricoſa vertigo adſit, *coac.*

XLI. *Singultus.* Singultum nimia purgatione ortum, malum eſſe vidimus *aph.* 4. V. at in ſenibus lethalis ſingultus, ac plane funeſtus habendus eſt, notante *Liebautio.* Notat *Gorterus* „ omnes ſpecies convulſionis, ut eſt ſingultus, periculoſiores „ eſſe in ſenioribus, quam junioribus, & omnium minime pe„ riculoſas in infantibus, & pueris.“ Dentientes tamen puerulos convulſionibus jugulari, utique ſi eos ſine intermiſsione vexarint, ſæpiſsime cernimus; quin mihi, nonnullos, vel uno die interemptos fuiſſe, conſtat: *inter quos filiolam meam undicimeſtrem fuiſſe doleo, nomine Juliam.* In acutis quoque febribus, quæ quia variolas conſequuntur, aut iis exſiccatis, decidentibuſque permanent, *ſecundariæ* nuncupantur, convulſiones ortæ plerumque occidunt pueros; ii licet ipſi longe minus, quam grandiores, ſi per acutas alias febres in convulſiones incidant, periclitentur. Eadem eſt delirii, & ſtridoris dentium ratio. Cæterum convulſiones, quæ erumpentes præcedunt variolas, ſæpe his erumpentibus ſolvuntur; deſinuntque ſæpe etiam quæ excitantur à vermibus, quaſque gignit terror in pueris.

XLII. Si ſebris non ex bile *dependeat*, multa aqua calida capiti ſuperinfuſa, ſolutio fit febris.

XLIII. Mulier ambidextera non fit.

XLIV. Quicumque ſuppurati uruntur, vel ſecantur, ſi pus purum fluxerit, & album, evadunt; ſi vero ſubcruentum, fœculentum, ac fœtidum, pereunt.

XLV.

XLII. *Non ex bile*. Quales ſunt diariæ febres, atque hecticæ ſimplices, non autem putridis conjunctæ febribus; ſynochæque non putridæ. Putridas vero non juvat calida, niſi vacuata, vel concocta putredine. *v. Hollerius.*

XLIII. *Ambidextera.* Id eſt, quæ utraque manu, tamquam dextera, utitur, quaſi utrinque ſit dextera. *Non ſit. Plato* tam mares, quam feminas genitos aſſerit ambidexteros; ſed nutrices ſiniſtræ manus uſum infantibus denegaſſe ſolitas. Inveniuntur tamen quotidie mulieres, quæ ſiniſtris manibus melius valent, quam dexteris. *v. Mercurial.*

XLIV. *Quicumque ſuppurati.* Empyi, id eſt, ſuppurati proprie ſunt, qui inter pulmonem, & thoracem pus habent. *Philoth. aph.* 27. VI. *Uruntur, vel ſecantur.* Nimirum ad pus educendum, quod quidem, ut facilius evocetur, fieri ſectionem oportet inter ſecundam, & tertiam, vel inter tertiam, & quartam coſtam earum, quæ ſpuriæ appellantur, ſpinamque propius, qua thorax protenditur. *Purum.* Quod nulli diverſo humori, aut excremento permixtum, ſed merum, ſincerumque ſit. *Album.* Adde ex *Hipp.* læve, æquale, & ſine fætore, aut certe quam minimo. Fætorem quippe damnat vehementer *Hippocrates* in pure, vomitione, ſputis, aliiſque excrementis. *Evadunt.* Intellige plerumque *ex* II. *de morb.* Si quis autem ſervandus eſt, is hercle eſt, cui mature ſectione ſucurritur. *Valleſius* ſecandum ait eſſe, ſtatim atque pus in thoracis cavitatem eruperit. *Heurnio* ſufficit, ut ante 40. diem ſecetur empyus, ob idque fortaſſe, quia *poſt illud tempus*, ut ait *Hollerius*, *pus mora longiore, pulmones erodit, & tabem facit.* Jacotius ex Hipp. quam citiſsime ſectionem vult fieri, ſed non ante 14. diem. *Epidem.* VI. legitur, tabeſcentes ſtatim uri debere, ſed neſcimus, an tabeſcentium nomine intelligantur empyi, aut ex his ii, qui elapſis 40. diebus tabeſcere incipiunt. *Boerhaavius* pus ſtatim educendum eſſe prçcipit per os, per urinam, perque

la-

XLV. Quorum hepar ſuppuratum aduritur, ſi pus purum fluxerit, & album, evadunt; in tunica enim his pus continetur; ſi vero qualis amurca fluat, pereunt.

Q XLVI.

---

lateris apertionem. *Swieten.* denique poſt 4. aut 5. diem, puris evacuationem non moliente natura, cogitandum eſſe ſcribit de ſectione thoracis, quo ſalutariter ea ſuccedat. Veruntamen perdifficile eſt ſecandi tempora definire, cum & puris incluſi qualitas, quantitaſque ignoretur, & neſciatur, an natura ipſa per ſe citius, aut tardius, perfecte,an imperfecte per exſcreationem, aut per urinam, aliamve demum viam pus queat emittere; ſuffecturæque ſint ægri vires, nec ne, donec pus de latere repurgetur. Illud affirmari poteſt, ſic lente feſtinandum in hac ipſa re, ut neque per initia ruptionis, ut *Valleſius* exiſtimat, ſecemus (niſi ſi ex multa puris collectione, nulloque puris, aut exiguo, difficilique ſcreatu ſic difficulter ſpiritus trahatur, ut ſuffocari æger queat) neque ſectionem, ſi hæc eadem pericula immineant, ad 40. diem uſque protrahamus. *Pereunt.* Limoſum, & olens pus ſi effluxerit, ut plurimum mori ægrum *in coac.* ſcribitur; *quod uſtione quoſdam evadere, compertum haberet Hipp. in diuturnis etiam thoracis ulceribus, ut alibi oſtendit.* Jacotius.

XLV. *Suppuratum.* Tumore, inflammationeque affectum hepar periculum proximæ mortis affert. Si vero poſt 20. diem tumor febriſque permaneat, *prænot.* I. eaque cum horroribus occupet, *Aretæus*, modoque finiatur, modo intendatur dolor, *Celſus*: ſuppurationem movere ſolet. *Uruntur.* Ubi exortus in hepate abſceſſus eſt, ſiquidem is extra vertatur, tumor dextera parte ſub coſtis eſt, molleſcens, fluctuanſque, *aph.* 41. VI. in eoque ab abſceſſu muſculorum ventris differt, quod in hoc dolor ad jugulum, humerumque ſummum pervenit, & tuſsis ſicca non admodum crebra ſæpe eſt, difficiliſque poſt cibum reſpiratio, inque eo ipſo tumore jecoris circumſcriptio, & fines patent. *v. Celſum*, & *Aretæum.* *Purum.* Tumore igitur ſuppurato, apertoque, ſive ſcalpello, *Celſus*, ſive candenti ferramento, *Aretæus*, ſi ex eo feratur pus purum, & album, ſalus ei facilis, inquit *Celſus.* *Aretæus* addit: concoctum læve, & * *mee cacoothes* * minime olens, uti emendavit poſt *Mercur. Petitus.* Signum quippe eſt, ſuppurationem non conſiſtere niſi

in

XLVI. Dolores oculorum, poſt meri potionem, & aquæ calidæ balneum, venæ ſectione curato.

XLVII. *Hydrope* laborans, ſi à tuſsi habeatur, deſperatus eſt.

XLVIII. Urinæ ſtillicidium, & mingendi difficultatem, vini potio, & venæ ſectio ſolvit; incidere autem interiores *venas*.

IL. Ab angina *detento* tumor, & rubor in pectore ſuperveniens, bonum; *foras* enim vertitur morbus.

L. Quibus cerebrum ſphacelatum, id eſt corruptum eſt, in tribus diebus pereunt; ſi vero hos evaſerint, ſani fiunt.

LI.

---

in hepatis membrana, aut, quod ſummum eſt, in ſuperficie ejuſdem. *Amurca.* Fex eſt olei. Si vero pus exeat, qualis amurca, id eſt, cœnoſum, fœculentum, aut viride, fœtidumque, fere pereunt. Cruentum quoque reddi, mortiferum eſt, *Aretæus.* Pus enim hujuſmodi, interiora hepatis corrupta fuiſſe, ſignificat. Servatam vidit matronam *Gorterus. Heurnius refert, vidiſſe ſe jecur in pus verſum, membrana ejuſdem intacta, ac integra. Notat ægrum non ardenter febricitaſſe, neque multum doluiſſe, interdum in animi deliquium incidiſſe. Ipſe duos periiſſe memini, quibus ex prægrandi abſceſſu ſecto, pus flueret cœnoſum, viride, fœtidum. Situs tumoris erat in altero quidem in muſculis jecinori ſuperpoſitis, in altero lieni.*

XLVI. *Dolores.* Indignum *Hipp.* aphoriſmum ſunt, qui cenſent: at *Hipp.* ſolebat venæ ſectioni fomentum præmittere. *v. lib. de rat. vict. acut. v. quoque aph.* 31. VI.

XLVII. *Hydrope. v. aph.* 35. VI.

XLVIII. *Mingendi difficultatem, v. aph.* 36. VI. *Vini potio.* Vinum convenit cum hæ paſsiones proveniunt à veſicæ algore, vel à viſcida, vel flatulenta materia. *Heurnius.*

IL. *Bonum.* Dummodo febrim, ſpirandi, deglutiendique difficultatem, & dolorem imminuant: contra malum. *Vid. aph.* 37. VI.

L. *Sphacelatum.* Rectius: quibus cerebrum dolore vehementi, aut convulſione, aut inflammatione affectum eſt. Legatur *Galen.* de varia * *tou ſphacelou*, * *ſphaceli* ſignificatione, 2. *de loc. aph.* & *Ballon. defin. med.*

LI. Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humefacto eo, quod in capite *eſt*, inani *ſpatio*. Aer enim intus contentus, *foras* erumpit. Sonat autem, quoniam per anguſtum ipſi eſt exitus.

LII. Quicumque hepar circumdolent, his febris ſuperveniens ſolvit dolorem.

LIII. Quibus à venis ſanguinem mittere confert, his vere venam oportet ſecare.

LIV. Quibus inter ventriculum, & *diaphragma* pituita repoſita eſt, & dolorem affert, non habens exitum *per* alterutrum ventrem; his, per venam ad veſicam pituita verſa, ſolvitur morbus.

LV. Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, his venter aqua repletur, & moriuntur.

LVI.

LI. *Sternutamentum*. Perperam veteres arbitrabantur inane, quod eſt in capite, ſpatium, nimirum cerebri ventriculos, expurgari per nares.

LII. *Quicumque. v. aph.* 40. VI. *Interdum etiam ingens dexteri hypochondrii dolor ſolvitur, ictero ſuperveniente. Idque quinquies obſervabam. Dexterum hypochondrium vehementer dolet, tumetque. Venter inflatur cum murmure. Alvus adſtringitur. Clyſteres, aut retinentur, aut nihil educunt. Cibi adeſt faſtidium. Rari inſunt vomitus. Homo jactatur, ſititque. Urina coloratior eſt. Febris tamen eſt perquam exigua. Tertio demum, quartove morbi die, urina croceo colore imbuitur, cutiſque univerſa flaveſcit, alvi excrementa flava deſcendunt, continuoque dolor, ac reliqua ſigna ex toto finiuntur, flavuſque etiam cum urinæ, tum cutis color intra* 14. *dies evaneſcit.*

LIII. *Vere. v. aph.* 47. VI.

LIV. *Inter ventriculum.* Id eſt, poſita inter peritonæum, & omentum poſt diaphragma. *Holler*. Omentum pituita impletum intelligit *Gorterus*, quæ ex vena epiploica in venam portam, indeque in cavam, tandemque in renes per arterias derivatur, morbumque ſolvit.

LV. *Hepar*. Fortaſſe veſicæ aqua plenæ, hydatides dictæ, in hepatis ſuperficie,aquam in ventris cavitatem diſruptæ effundunt, unde hoc impletur. *Moriuntur*. Etiam ſi ſecetur venter,

LVI. Anxietudo, oſcitatio, horror, vinum *pari aquæ portione* potum, ſolvit ægritudinem.

LVII. Quibus in urinario meatu tubercula fiunt, his ſuppuratione facta, & eruptione, ſolvitur dolor.

LVIII. Quibus cerebrum *externa* aliqua cauſa *vehementer* concuſſum fuerit, neceſſe eſt ſtatim mutos fieri.

LIX. Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere convenit: fames enim corpora ſiccat.

LX.

---

ter, aquæque educantur, tamen moriuntur, utique ſi hydrops ex hepatis, viſcerumque cæterorum vitio oriatur inſigni; cujuſmodi obſtructio eſt inveterata, tumor, ſcirrhus, calculus, & ſimilia, quæ his ſunt. Quippe rurſum iis venter aqua impletur, & pereunt. *Vid. aph.* 27. VI.

LVI. *Anxietudo.* * *Alycee.* * Anxius is dicitur, qui neſcit ſtare loco, ſeque ipſe continenter jactat. Sed etiam anxius appellatur, qui iners, ſibique ipſe gravis eſt, quemque pandiculatio crebro corripit. Hunc igitur, quemadmodum etiam oſcitantem, ac horreſcentem juvare epotum vinum poteſt, corporis firmando ſolida, craſſos humores attenuando, hærenteſque ſolvendo, ac diſcutiendo. *Horror.* Eſt, quum corpus totum leviter intremit cum frigoris ſenſu. *Pari aquæ.* De vino meraciore, non autem de diluto pari aquæ portione, ut in *aph.* legitur, putat *Holler.* locutum *Hippocratem.*

LVII. *Quibus. v. aph.* 82. IV.

LVIII. *Concuſſum.* Ut ſi quis ab alto in caput ceciderit, aut id parieti, aut pavimento alliſerit; aut percuſſum fuerit caput obtuſo telo, lapide, ligno, quod contundat. *Mutos fieri.* Id eſt, ſine ſenſu, voce, & motu: donec præcedenti levi quodam delirio quidam ad ſe redeunt, quidam attoniti, & ſoporati moriuntur. *v. Liebaut.*

LIX. *Famem.* Fames multo tutius, ac ſecurius corpora ſiccat humida, quam quodvis aliud auxilii genus. *v. idem. Convenit.* Modo ne fuerint picrocholi. Hi autem ſunt, quorum ventriculus acribus, rodentibuſque ſcatet humoribus, qui niſi cibo frenentur, plerumque ventriculi, inteſtinorumque dolores, ac morſus, vomitumque, atque animi defectionem movent. Sic pueri, quia multum coquunt, I. *aph.* 13. *ſeq.* ſic qui hypochondriacis morbis tentantur, mulieresque hyſtericis malis im-

LX. Ubi in toto corpore mutationes *fiunt*, & ſi corpus refrigeratur, & rurſus calefiat, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi ſignificatur.

LXI. Sudor multus calidus, vel frigidus ſemper fluens, humorem *exuberantem purgari*, *in* robuſto quidem ſupra, *in* debili vero infra, ſignificat.

LXII. Si quis cibum febricitanti dederit, ut ſano robur, ſic *febricitanti* morbus.

LXIII. Quæ per veſicam excernuntur, inſpicere oportet, ſi talia ſunt, qualia ſanis excernuntur. Quæ igitur minime ſimilia ſunt his, hæc morboſiora: quæ vero ſunt ſanis ſimilia, hæc minime morboſa.

LXIV. Et quibus dejectiones, ſi *reſidere* permiſeris, & non moveris, veluti ſtrigmenta *ſubſident* (& ſi pauca, paucus eſt morbus, & ſi multa, multus) his confert

---

implicitæ, ſive ob pravorum ſuccorum, acriumque redundantiam, ſive ob nervorum infirmitatem, famem fere vix ſuſtinent.

LX. *Ubi v. aph.* 40. IV.

LXI. *Semper fluens.* A ſuccorum copia, non ubertate ciborum exiſtimat *Heurnius*; foraſque erumpit in morborum initio, augmento, progreſſu non modo acutorum, ſed & diuturnorum, *Liebaut*. Contra *Gorterus* locutum putat Hippocratem de ſudore ſine febre, vel prægreſſa, vel conjuncta. *Supra.* Id eſt, vomitu: dummodo tamen humoris qualitas, ægri temperamentum, ætas, regio, annique tempus id patiantur. *Infra.* „Si „corpus ſimul extenuetur colliquatis humoribus, hoc corpus“ inquit *Gorterus* „neque ferret purgans *infra*, neque vomi„torium, ſed per ſtomachica amara, & *putredini adverſa*, „tota curatio eſſet abſolvenda.“

LXII. *Febricitanti.* Intellige, in acceſsionibus, aut incrementis febrium. Nam ſi cibum intelligas copioſiorem, aut ſolidiorem, qualem aſſumere ſani ſolent; talis cibus nullo tempore febrienti prodeſt, immo ſemper lædit.

LXIII. *Quæ per veſicam.* Nimirum conſideranda urina eſt, ſi talis ſit, qualis in ſanorum corporibus excerni ſolet.

LXIV. *Veluti ſtrigmenta.* Dejectiones craſſæ, & ramentis, ſeu ſtrigmentis, refertæ, difficilem morbi ſolutionem indicant,

&

fert alvi purgatio: quod ſi, alvo non purgata, dederis ſorbitiones, quanto plures dederis, tanto magis nocebis.

LXV. Quibuſcumque inferius cruda dejiciuntur, ab atra bile ſunt; ſi plura, *major*; ſi pauciora, *minor eſt morbus*.

LXVI. Excreationes in febribus non intermittentibus lividæ, *cruentæ*, bilioſæ, & fœtidæ, omnes malæ. Quum vero bene excernuntur, bonum eſt; & per *alvum*, & per veſicam. Et ubi aliquid ſecedens ſteterit non purgatum, malum.

LXVII. Corpora oportet, ubi quis purgare voluerit, fluida facere; & ſi ſupra, ſiſtere alvum; ſi vero infra, humectare.

LXVIII. Somnus, & vigilia, utraque modum excedentia, morbus.

LXIX. In febribus non intermittentibus, ſi exteriora frigent, interiora uruntur, & *ſitis detineat*, lethale.

LXX. In febre non intermittente ſi labrum, aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium pervertatur; ſi non videat, ſi non audiat, & jam debilis ſit, quidquid horum fuerit, mors prope eſt.

LXXI.

& corporis purgationem deſiderant. *Sorbitiones*. Id eſt, victus, qui nullus, aut certe tenuis, & parcus eſſe debet ante corporis expurgationem.

LXV. *Quibuſcumque*. Fortaſſe hic *aph.* deſcriptus eſt, ſed mendoſe, *ex lib. de judicat.* unde *antecedens* quoque videtur deſumptus. Ibi autem habetur hujuſmodi: „quibus in inferma „per alvum dejectione bilis atræ quid ſubeſt, ſi copioſius, ma„jor eſt morbus, ſi parcius, minor.“

LXVI. *Excreationes. v. aph.* 47. IV. *Et per alvum*. Id eſt, ſimiliter etiam dicendum de dejectionibus, & urinis. *Et ubi*. Id eſt, quod ſi aliquid, quod vacuandum eſt, non excludatur, malum eſt; nam recidivam ſolet facere.

LXVII. *Corpora. v. aph.* 9. II.

LXVIII. *Somnus. v. aph.* 3. II.

LXIX. *In febribus. v. aph.* 48. IV.

LXX. *In febre. v. aph.* 49. IV.

LXXI. A pituita alba, *hydrops* ſupervenit.
LXXII. Ab alvi profluvio, *dyſenteria.*
LXXIII. A *dyſenteria*, *lienteria* ſupervenit.
LXXIV. A corruptione, abſceſſus oſsis.
LXXV. A ſanguinis vomitu phthiſis, & puris purgatio ſupra.

LXXVI.

LXXI. *A pituita alba.* Id eſt, à tumore aquoſo univerſali corporis, fere quoque venter intus aqua intumeſcit, niſi humor iterum abſorbeatur noxius, aut natura eum, vel medicus diſsipet per halitum, aut ſudore diſcutiat, uriniſque multis, & aquoſis dejectionibus. *Vid. aph.* 29. VII.

LXXII. *Dyſenteria. v. aph.* 11. III. Notat *Hollerius*, non ab omni alvi profluvio dyſenteriam fieri, ſed à diuturno, & bilioſo. Diuturni *Celſus* meminit his verbis: *poſt alvi longam reſolutionem, tormina* concitantur. Dyſenteriam porro tormina „ appellat „ quoniam vere ſub illa ægritudine homines ab acer- „ biſsimis cruciatibus torquentur" *Mercurialis.*

LXXIII. *Lienteria. v. aph.* 22. III. Tum ſolummodo lienteria, dyſenteriæ ſupervenit, quum in longa dyſenteria fractum fuerit robur ventriculi, & inteſtinorum, ſic, ut hæc cibum perliquidum, incoctum, albicantem elabi ſinant.

LXXIV. *A corruptione.* Id eſt, ſphaceliſmo, ſideratione. Lividus eſt in gangræna color, & ſenſus hebes: in ſphacelo nullus eſt ſenſus, & color carnis niger eſt. Os ſphacelatum lividum, nigrum fit, & molle. Dubium eſt, an *Hipp.* dixerit, os abſcedere, ſeu ſeparari, cum ſphacelatum fuerit; an vero cum ſphacelata ſolummodo caro fuerit, quæ os ambit. De profundo carnis ſphacelo *Gorterus* exponit: quod quum accidit, totam partem eſſe amputandam monet, etiam ſi os ſatis ſtabile videatur. *Galenus* verum eſſe *aph.* & de corrupto oſſe, & de corrupta ſolum carne, quæ os circumſtat.

LXXV. *Vomitu.* Id eſt, rejectione ſanguinis multi è pulmonibus. „ Perpetuum autem non eſt" inquit *Liebautius* „ ut „ ex multa ſanguinis rejectione è pulmonibus, tabes ſequatur, „ & puris ſpuitio. Novi enim quibus jam à multis annis ſanguis „ multus interdum tuſsi rejicitur, nec inde emaciantur, ſtatim „ adhibitis auxiliis, quæ ſanguinem retineant, venam adſtrin- „ gant, febrem, atque inflammationem prohibeant." Id quoque

LXXVI. Qualia fuerint veſicæ, aut alvi excrementa, & ex carnibus; & ſic, ubi *alias corpus à natura receſſerit*, *ſpectare oportet*; *nam* ſi parum, parvus eſt morbus, ſi multum, *magnus*, ſi valde multum, lethale eſt.

APHO-

---

que ipſum à me obſervatum eſt haud ſemel. *Vid. n. aph.* 15. Expui quoque poteſt ſpumans ab hepate ſanguis, ſi dexterum doleat hypochondrium, *coac.* idque fere ſine tabis periculo accidit: mors vero inde hepate admodum vitiato evenire ſolet (exempla *Martianus*, & *Duretus* habent) interdum etiam critice per os ſurſum effertur, tum ex hepate, tum ex liene, atque etiam ex utero. *Vid. Jacotius*, *coac.* Rarus tamen adeo hic caſus eſt, ut de eo dubitet *Hollerius*, ratus, poſſe eodem tempore, & dolere hepar, & irritari pulmonem. Conſtat præterea ex *Rhodii*, *Vedeliique* obſervatis, interdum ſine ulla tuſsi rejici è pulmone ſanguinem; interdum etiam, ſcribente *Villiſio*, tali impetu copiaque ferri, ut is evomi potius, quam extuſsiri videatur. Facileque hujuſmodi vitia ſolere reverti, malignoque ingenio eſſe prædita, *Aretæus* tradidit. Nam ne phthiſim quidem, auctore *Tulpio*, æque celeriter inferunt; quippe eandem interdum non ante decimum, vigeſimum, & trigeſimum annum acciverint. Aliquando etiam nimia ſanguinis profuſio hominem extemplo rapit, quod jam à *Paulo* notatum, recentiorum obſervationibus confirmatum eſſe ſcimus. *Ipſeque, quamvis qui animam cum ſanguine vomuerit nullum viderim, vidi tamen, qui poſtridie quam ſanguinem effudiſſet, ſuffocatus interiit: ut crediderim hominis mortem non tam rejecti quantitati ſanguinis, quam ejuſdem in bronchiis coitui eſſe adſcribendam. Pridie ante mortem ſublimis fiebat reſpiratio, exiguus, imbecilluſque pulſus, & ſudor frigidus. Secto cadavere, ſubniger pulmo deprehendebatur, durus, ac admodum tumens. In aquam demerſus fundum petebat. Serum rubellum haud modicum in dextera thoracis cavicate deliteſcebat.*

LXXVI. *Ex carnibus.* Id eſt, ſudores. *Alias.* Id eſt, aut alia in examen vocanda, ut actiones læſæ, qualitas mutata corporis in colore, caractere, & mole, *Heurnius*; aut ſputa quoque perpendenda, & quæ ex naribus, auribus, oculis feruntur excrementa, ſi qualitate, quantitate, exeundi modo, & tempore, ſanorum excrementis reſpondeant.

APHORISMORUM HIPPOCRATIS

SECTIO VIII.

I. QUi ſupra quadraginta annos phrenitici fiunt, non fere ſaneſcunt, minus enim periclitantur, quibus morbus, & naturæ, & ætati conveniens accedit.

II. Quibuſcumque in morbis, oculi ex cauſa illacrimant, bonum; *quibuſcumque* autem ſine cauſa, malum.

III. Quibuſcumque in quartanis febribus, ſanguis è naribus defluxerit, malum.

R IV.

I. *Phrenitici.* Phrenitis, quæ proprie conſiſtit in inflammatione membranarum cerebri cum acuta febri, & delirio, magis familiaris eſt juvenibus, quam viris; ideoque in his difficillime ſolvitur. *Minus enim. v. aph.* 34. II.

II. *Quibuſcumque v. aph.* 52. IV.

III. *Malum.* Intellige: *plerumque*; ſanatum quippe ſcimus *Alpinum* ingenti de naribus, ut credere convenit, profluvio ſanguinis. *v. Ejuſdem lib. de præſag.* Solvi quoque quartanam febrem hæmorrhoidibus, largaque hæmorrhagia, apud *Cleinium* legimus. Contra *Gorterus* affirmat, ſe nunquam his ſublatam obſervaſſe quartanam; ſed qui multum ſanguinis effuderunt, in hydropem incidiſſe. Paroxiſmos quoque vidiſſe ſubinde mitiores, ſed diutius durantes, & periculoſiores, ut quartana vehemens videretur commutata in mitiorem, ſed malignam. Hæmorrhagiam quoque quartanæ febri inutilem *Liebautius* prædicat. Quam quidem ei ſolummodo quartanæ adverſam eſſe arbitrarer, quæ diuturna eſt, quæque ſolidorum robur enervat, tenuiores fluidorum particulas diſsipat, malumque corporis habitum inducit.

IV. Sudores in diebus judicatoriis vehementes, & celeres ſi fiant, periculoſi, præſertim, qui ex fronte, tamquam guttæ, & ſiſtulæ ſalientes pelluntur; frigidique valde, atque multi. Neceſſe eſt enim talem ſudorem multa vi, & labore, & longa expreſsione exire.

V. *Ex longo morbo* alvi *defluxus*, malum.

VI. Quoſcumque morbos medicamenta non ſanant, ferrum ſanat; quos ferrum non ſanat, ignis ſanat; quos vero ignis non ſanat, hos ſanari non poſſe putato.

VII. Tabes à decimo octavo, uſque ad trigeſimum *quintum* potiſsimum gignuntur.

VIII. In lethargo tremor, malum.

IX.

IV. *Judicatoriis.* Id eſt, in quibus criſes fieri ſolent. *v. aph.* 24. II. & 36. IV. *Vehementes.* Sic ſudores, qui confertim, & cum impetu erumpunt, damnantur *in coacis*; laudantur, qui paulatim fluunt. *v. præſag. lib.* 1. *n.* 29.

V. *Ex longo morbo.* Sive longus natura fuerit, ut quartana febris, paralyſis, aliique morbi à ſuccis crudis, viſcidiſque geniti; ſive longus propter errorem commiſſum à medico, aut aſsidentibus. *Defluxus.* Id eſt, alvi profluvium, quod longo morbo fractas vires adhuc amplius exhauriat. * *Cataphoree*, * *defluxus*; quidam legunt *concidentia.* In morbo enim diuturno ſi venter plus, quam ratio poſtulat, tabeſcat, deprimatur, & concidat, malum eſt: ſummam quippe debilitatem, & colliquationem ſignificat.

VI. *Ignis ſanat.* Ignem magni feciſſe veteres, non adverſus externos tantum morbos, ſed adverſus etiam internos, conſtat pluribus locis *Hipp.*

VII. *Tabes v. aph.* 9. V.

VIII. *In lethargo.* De hoc *vid. aph.* 23. III. *Tremor.* Præſertim in manibus, quia cum projectis manibus ſupini jaceant lethargici, motus, ſaltus, tremor, convulſio ea parte magis ſe prodit. Aliquando dentibus ſtrident, labrum inferius intremiſcit, & aliæ partes modo convelluntur, modo reſolvuntur. *v. Hollerius*, *coac.* *Malum.* Immo lethale eſt, ſi perſtiterit diutius, eique ſigna alia perniciosa acceſſerint acutis in febribus.

IX. Lingua nigra, atque cruenta, quum quid horum ſignorum abeſt, malum validum non eſt, & imbecilliorem *morbum* ſignificat.

X. Hæc quidem in acutis febribus obſerventur, *ut*, ſi quis moriturus, vel evaſurus ſit, dignoſcamus.

XI. Teſtis dexter frigidus, contractuſque, mortiferum eſt.

XII. Ungues nigri, digiti pedum frigidi, nigri, demiſsi, vel proclinati, mortem proximam eſſe portendunt.

XIII. Quod etiam digitorum extrema frigida præſeferunt.

XIV. Et labra livida, reſoluta, inverſa, frigida ſi ſint, mortiferum eſt.

XV.

IX. *Nigra.* Quæ ſimul ſicca perſeveret: nam quæ nigra ſimul eſt, & humida, minus periculoſa eſt. *Holler. coac.* *Cruenta.* Id eſt, prærubra, nec non ſicca, quæ ſanguinem exæſtuare, aut viſcera inflammari ſignificat. *Abeſt.* Iis tamen in morbis, quibus ſigna à lingua petita adeſſe debent, ut acutis in febribus, & inflammationibus capitis, viſcerumque, quæ in ventre continentur, fere evenit. In pleuritide vero, ac peripneumonia, inque reliquis thoracis morbis, in quibus cum acuta febre, ſimul tuſsis, atque excreatio eſt, nec cruentam, nec nigram linguam plerumque conſpicimus, licet pereundum ſit ægro; ſed ſubalbam, ſubflavamque, atque una mollem.

XI. *Dexter.* De utriſque ſic *in præſag.* legitur: „ teſtes, & „ pudenda revulſa dolores, fortes, & periculum lethale ſignificant“ utique ſi per acutas febres inciderint, nec brevi deſinant.

XII. *Ungens.* Plurima ſignorum, quæ *hoc, & ſequenti aphoriſmo* traduntur, deſcripta ſunt ex *præſagiis*, quo lectorem remittimus.

XIII. *Frigida.* Modo ne pedes ſint œdemate affecti, id eſt, non intumeſcant ſero. Quippe tum fere ſine mortis periculo frigeſcunt. Sed neque in cæteris morbis, iiſque acutis huic ſoli ſigno fidendum eſt, ſed cum reliquis conjungendum, quæ lethalia eſſe ſolent.

XIV. *Livida.* Siquidem in ardentibus febribus, acutiſque mor-

XV. Si oculi caligant, vel lucem averſantur, ſolitudine ſi *quis* gaudeat, qui ſomno multo, & æſtu detinetur, extra ſpem eſt.

XVI. Si quis ſenſim rabie quadam efferatur, ſi quis non cognoſcit, non audit, non intelligit, mortiferum eſt.

XVII. *Morituris* ſigna hæc ſunt clara magis; & ventriculi tolluntur, tumeſcunt, inflantur.

XVIII.

---

morbis appareant. Nam ſæpe in hydrope, aſthmateque livere labra cernimus, nec inde ſemper, nedum brevi, 2. *coac.* homo moritur. *Reſoluta.* Labra „ reſoluta, aut perverſa non „ æque lethale etiam in morbis acutis, quod labra reſolvi, ac „ perverti poſſunt valida exſiſtente virtute in vomitione, in cri- „ ſi inſtante, in vermium affectu citra ullum mortis periculum. „ Verum in ſumma virium imbecillitate cum febre aſsidua, in „ inflammatione cerebri, & nervorum, in ſiccitate, aut re- „ frigeratione nimia ejuſdem cerebri, & nervorum, plane „ pernicioſæ ſunt labrorum perverſiones, aut reſolutiones, ma- „ xime vero ſi accedat auditus, viſus, loquendique impoten- „ tia." *Liebautius.*

XV. *Si oculi caligant.* Nec eos morbus infeſtat. *Extra ſpem eſt.* Si alia quoque lethalia ſigna acceſſerint, maximeque virium dejectio per acutas febres, extremorum frigiditas cum æſtu, ardoreque internarum partium, ſomnus ore hiante profundus, aſsiduuſque, tremores, convulſiones, rigores, & alia hujus generis.

XVI. *Si quis.* Cui vires acuto morbo fractæ prorſus fuerint. *Rabie quadam.* Phrenitidis pernicioſiſsimum eſt genus, ſignumque fere certum imminentis exitii in acutis morbis, ſi vehementer infirmatus homo fuerit. *Mortiferum eſt.* Si quis quoque repente, aut non videt, aut non audit, aut non cognoſcit, utique ſi acute febricitet, perdebiliſque ſit, fere proximus morti eſt.

XVII. *Ventriculi.* Id eſt, hypochondria, regio umbilicalis, & hypogaſtrica, nimirum ea, quæ ab umbilico ad piloſas genitalium partes pertingit, regio.

XVIII. Terminus vero mortis hic eſt, quum animæ calor ſupra umbilicum, & diaphragma aſcendit; ac omne humidum exurit, & ſiccat; quum autem cor, & pulmo humiditatem caloris collecti mortiferis in locis ſentiunt, totum caloris ſpiritum efflant, unde totum in toto conſiſtit. Præterea quidem partim per carnem, partim per ſpiracula capitis ſpirant, quod vivere dicimus; corporiſque capſulam, & alveum anima frigidum, mortuumque una ſimulacrum relinquit, ſanguinique, bili, & pituitæ, & carni concedit.

XVIII. *Terminus.* His, quæ ſecundum veterum pathologiam ſunt, nec medendi præcepta continent, ſuperſedens ad prænotionum libros tranſeo.

MAGNI

HIPPOCRATIS COI

PRÆSAGIA,

Latine reddita, notiſque, & obſervationibus Medicis explanata.

Præſagiorum Hippocratis, cujuſque virtutem ſigni ſigillatim tradentis doctrina, nulla melior eſt. *Galen. de morb. vulg. Comm.* I.

PRÆ-

PRÆSAGIORUM HIPPOCRATIS

LIBER I.

I. NIhil perinde medico conducibile cenſeo, quam ut prudentem ſe præſtare laboret.

II. Si enim apud ægros, præterita, præſentia, & futura, atque ea, quæ ipſi inter narrandum omiſerunt, noverit, prædixeritque, nihil quod ægris uſui ſit, ignorare putabitur.

III. Quo fit, ut audentius homines medico ſe ſe committant.

IV. Etenim perquam ſalutarem adhibebit curationem, ſi futuras affectiones præviderit. Nam fieri non poteſt, ut omnes ægros ſanitati reſtituat; quamquam hoc multo præſtantius *foret*, quam futura prænoſcere.

V. *Quandoquidem* homines *pereunt*, alii quidem ob morbi vehementiam, antequam vocetur medicus; nonnulli vero, vocato licet medico, repente moriuntur; ac alii unico dumtaxat die; alii paulo longiori ſpatio vitam extendunt, priuſquam medicus arte ſua ſingulis morbis accurrendo reſiſtat.

VI. Proinde harum affectionum naturas noſcere oportet; quantum videlicet corporis viribus ſint ſuperiores.

VII.

IV. *Præviderit.* Id eſt, ſi ex ſignis, ſeu accidentibus morbi, quæ ſymptomata Græci nominant, & ex ſignis coctionum in urinis, alvi excrementis, aut ſputis, colliget medicus, quam criſim, & quando habiturus ſit morbus; ſciet etiam, quo victu ſuſtinendus ſit æger uſque ad tempus criſis, & quid potiſsimum agendum ſit, ne eadem impediatur.

VII. Quin etiam, ſi divinum quidpiam morbis ineſt, hujus quoque providentiam perdiſcere. Sic enim optimo jure, & admirabilem, & bonum ſe præſtabit medicum. Quos enim ſuperſtites fore cognoverit, eos rectius quoque ſervabit, utpote ex multo tempore ſingula conſulte perpendens. Itaque morituros, victuroſque præſentiens, atque denuncians, omnem prorſus calumniam vitabit.

Notæ ex facie.

VIII. IN acutis morbis ſic conſiderare oportet. In primis quidem ægri facies, num ſanorum faciebus, maxime vero ſuæ ipſius ſimilis ſit; ea enim optima cenſenda eſt. Quæ vero maximo diſcrimine ab hac ſimilitudine recedit, graviſsimum periculum portendit, cujus hæ ſunt notæ.

IX. Nares acutæ, oculi concavi, collapſa tempora, frigidæ, contractæque aures, & imis partibus leniter verſæ.

X. Cutis circa frontem dura, intenta, & arida: to-

VII. *Divinum.* * *Theion*, * *quod à Deo eſt*, qui præcipua rerum humanarum cauſſa dicitur, *lib. de nat. mul.* Negat quidem *Hipp. lib. de morb. ſacr.* epilepſiam eſſe divinam: at adverſus inſomnia quædam. Idem ſcripſerat, ſuplicandum eſſe, *lib. de inſomn.* Quidam * *to theion*, * exponunt *aerem*; quidam *hujus qualitates occultas*; alii *obſcuras quorundam morborum cauſſas*; alii *naturam criticorum dierum*; alii *inſomnia*, quæ non parum putant conferre ad prænotionem morborum.

VIII. *Ægri faciem.* Hinc *ex Hipp.* In magnis morbis, facies optima, optimum eſt ſignum, in parvis, non bona, malum.

IX. *Acutæ.* Id eſt, compreſſæ, adſtrictæ. *Collapſa.* Id eſt, cava, ſinuata. *Imis.* Id eſt, extremitatibus ſuis leniter retro verſæ.

X. *Pallidus.* Rectius, *ex viridi palleſcens*, ut *Foeſius* vertit. Id quoque medicinæ alumnos ſcire neceſſe eſt, frequentiſſimum omnium, quæ à facie petuntur, futuræ ſignum mortis, eſſe

totius faciei color, aut niger, aut pallidus, aut livens, aut plumbeus.

XI. Quod ſi inter morbi initia, hujuſmodi facies appareat, neque ex aliis indiciis conjectura ſumi poſsit; inquirendum eſt, an vigilia, aut ventris vehemens reſolutio, aut inedia præceſſerit, quorum ſi quidpiam deprehenderis, nihil periculi timendum eſt. Atqui ſi ob hujuſmodi cauſſas hæc faciei ſpecies orta eſt, una die, no-

---

eſſe narium conſtrictionem, ſive acutiem, cum eoque ſæpe conjunctam genarum demiſsionem, quæ interdum, *Cardano* obſervante, ſic coarctantur, ut concavitas è regione dentium appareat in utroque faciei latere. Tum & illud noſſe oportet, faciei colorem modo pluribus diebus ante mortem mutari ſolitum, modo prope eandem, modo etiam poſt ipſam. Itemque nec in omni morbo, nec in ſingulis eodem morbo laborantibus, morituris tamen, nares acui, genaſve concidere; neque eodem tempore. Idem eſto de cutis circa frontem duritie, & arditate judicium, deque cæteris, quæ infra deſcribentur, ſignis.

XI. *Morbi initia.* Id eſt, primis diebus, aut ante tertium diem. *Valleſ.* *Neque ex aliis indiciis.* Id eſt, ex iis, quæ procedente morbo apparent, ſignis. *An vigilia.* Non hæc modo, atque inedia, alvique profluvium hanc faciem queunt gignere, ſed etiam ingens terror, vehemens mæror, venuſque nimis. *Nihil periculi.* Quaſi diceret: „ ſi ex aliqua harum cauſſarum „ fiat, non eſt adeo grave.“ *Valleſ.* Nam mala, quæ ex cauſsis procatarcticis, ſive evidentibus fiunt, intra 24. horas ſolent conquieſcere, niſi cauſſæ procatarcticæ eum in corpore apparatum invenerint, ut internæ cauſſæ cum illis conſpiraverint. *Una die.* Id eſt, toto eo tempore, quo hujuſmodi facies apparere incœpit, uſque ad occaſum ſolis: in dierum enim enumeratione vulgarem morem *Hippocrates* ſequitur ſic, ut primam morbi diem appellet totum illud tempus, ex quo ægrotare cœpit homo, uſque ad ſolis occaſum: ſecundam vero, & reliquas omnes à ſolis ortu inchoare, ſtatuat, uſque ad ſequentem noctem. A qua computandi methodo diſcedentem *Galenum* improbat *Martianus, comm. ſect. 4. de rat. vict. acut. t.* 162. *Finitur.* Raro namque, ſcribente *Cardano*, ultra unum diem perſeverat. *Diutiuſque.* Id eſt, ſi hujuſmodi facies porrigatur in al-

nocteque finitur. Si vero eas præceſsiſſe æger negaverit, diutiuſque jam dicto tempore hæc forma duraverit, ſcire licet, eum morti proximum eſſe.

XII. Quod ſi in vetere morbo jam triduo, quatriduoque talis eſt, inquirenda ſunt ea ſigna, quæ ſupra propoſui; ad hæc reliqua quoque indicia, non ſolum ex facie, verum etiam ex reliquis corporis partibus perpendenda ſunt, præcipue ex occulis.

S *No-*

---

alterum diem, tertiumve, aut quartum, ægrotantem præcipitat. Sed tum lethali huic faciei plura alia peſsima ſigna junguntur; cujuſmodi ſunt celeres, imbecillique pulſus, difficilis reſpiratio, extremorum frigiditas, deſipientia, frigidi ſudores, labrorum, palpebrarumve diſtorſiones, ſopores, tremores, atque id genus alia.

XII. *Quod ſi in vetere.* Id eſt, quod ſi poſt morbi principium, nimirum tertio, quartove morbi die, aut ſerius talis ſit, non modo an vigilia, inedia, alvique fluxus præceſſerit, inquirendum, ſed etiam ad præſagii certitudinem ſigna, quæ ex cæteris faciei, corporiſque partibus, præſertimque ex oculis petuntur, conſulenda, ſed omnium maxime reſpiratio, pulſuſque, ut dictum ſupra eſt. Alias igitur acuto ineunte morbo, alias increſcente, conſiſtenteque, *Hippocratica* iſthæc facies apparet. In cholera morbo, in febre ſyncopali, in dejectione, vomituque nigri ſolutique ſanguinis, qui atrabiliaris dicitur, in viſcerum morſu, doloribuſque, ac potiſsimum ventriculi, ingentibus, in profuſione ſanguinis magna ex vulnere, naribus, hæmorrhoidibus, utero, in latente intus, affatimque rupta vomica, in venenis, in angina periculoſiſsima, inque aliis morbis, qui quia *peracuti*, id eſt, admodum acuti ſunt, extremos initio labores habent, I. *aph.* 7. initio quoque hanc ſæpe faciem intuemur. Occurritque ea quoque in incremento, ſtatuque morborum, qui 7. 9. 11. 14. & 20. ſolvi ſolent: ac interdum poſt 24. horas reſtituitur, interdum permanens, ægrotantem rapit. Sed ſi etiam uno die evaneſcat, ac nocte, ut quum ex vehementi oris ventriculi dolore, morſuque orta eſt, aut alvo cita, aut febris rigore, qui ſubinde conquieverit, non ideo in tuto eſſe hominem arbitrari oportet, priuſquam morbus ex toto ſolvatur. Nam ſic trahi quidem æger poteſt, ſanari vero, niſi

Notæ ex oculis.

XIII. NAm, ſi lumen refugiunt, & illacrimant, idque præter voluntatem, aut pervertuntur, alterque ex iis minor eſt, & quæ in illis alba eſſe debent, rubeſcunt: aut genæ pallent, atque in iiſdem venulæ *liveſcunt*, *aut* nigricant, aut *occulorum ſordes circa pupillam apparent*, aut frequens eſt occulorum motus: iique, aut vehementer ſubſederunt, aut facti tumidiores ſunt, *fuerintque ſquallidi*, *& minime lucidi*, atque univerſæ faciei color mutatus; hæc omnia ſigna mala, pernicioſaque putanda ſunt.

XIV. Quin etiam oculorum per ſomnum ſuſpectiones obſervandæ ſunt. Ubi enim palpebræ non committuntur; ſed inter has ex albo oculorum aliquid apparet; neque id fluens alvus, aut medicamenti potio præceſsit, præſertim ſi quis non ſic dormire conſueverit, pravum hoc ſignum, lethaleque admodum eſt.

XV.

---

niſi febris cæteraque prava ſigna quieverint, non poteſt. Qui autem hujuſmodi facie perſeverante moriturus brevi eſt, ei pulſus in ſingulas horas extenuatur, deficitque, ſpiritus acervatim, aut crebro movetur, & fere etiam extrema liveſcunt, frigeſcuntque. In longis morbis, uti tabe, hydrope, ſimilibuſque aliis vita hominis cum *Hippocratica* facie ſolet diutius, quam in acutis protrahi.

XIII. *Refugiunt.* Nec ullum vitium in occulo appareat, nec dolor adſit, cui lucis averſatio adſcribi queat. *Illacrimant. v. aph.* 52. IV. *Pervertantur.* Id eſt, diſtorquentur, aut contrahuntur, modo ſurſum, modo deorſum, modo in latus alterutrum. *Alba.* Quum tunica oculi albuginea rubore ſuffunditur. *Frequens.* Tum etiam ſi æger oculos ægre moveat; aut objecta fixis oculis intueatur. 4. *epid.*

XIV. *Ex albo.* Pejus eſt, ſi quid ſolum ex albo oculorum ſubappareat, quam ſi quoque pars iridis: tum enim non palpebrarum modo, ſed ipſiuſmet oculi perverſio adeſt. *Lethaleque admodum.* Si perpetuus per ſomnum fuerit. *Vid. aph.* 52.

VI.

XV. Si palpebra, aut labrum, aut naſus retorquetur, aut pallet, aut livore inficitur, accedente quopiam reliquorum ſignorum, ægrum morti proximum eſſe, haud dubitandum eſt. Mortem etiam portendunt labra reſoluta, ſuſpenſa, frigida, candicantia.

A decubitu notæ.

XVI. DEprehendendus eſt æger in dextrum, ſiniſtrumve latus cubans, brachiis, cervice, ac cruribus paulum reductis, ac univerſo corpore molliter affecto, qui fere ſani quoque jacentis habitus eſt; quippe quum optimus ſit ille decubitus, qui à ſanorum conſuetudine non variat.

XVII. Sed non laudatur *ſupinus* decubitus, quo brachia, cervix, & crura extenduntur.

XVIII.

VI. Minime vero huic ſoli ſigno præſtanda eſt fides ad mortem prædicendam. Etenim me uſus docuit, nonnullos cum eo ipſo effugiſſe.

XV. *Naſus.* Id eſt, nares, quæ interdum hiant, ſæpius autem conſtringuntur, lethali ſigo *Vid. n.* IX. *& aph.* 48. IV.

Pallet. Pallor, livorque intelligendus eſt de palpebris, naſo, labris. *Reſoluta.* Quum in ſumma virium jactura cadere videntur. *Suſpenſa.* Quum abſunt à dentibus, verſus principium reflexa, ſic ut labrum ſuperius, veluti decurtatum, & tenuatum intro cadat, inferius extra productum, protuberanſque.
Hic & ipſe ſignum proponam non minus lethale, nec ſemel obſervatum, vel in iis, quibus lethales faciei notæ, deerant, occulorumque. Hoc autem in linguæ motu conſiſtit. Quæ ſe ipſa retrahit, quum æger aërem reſpirans attrahit, producit vero, quum emittit eundem. Cui ſigno ſimile addam & alterum, licet lippis, atque tonſoribus notum. Incidit porro, quum æger itidem reſpirans, caput alternatim erigit, atque demittit. Primum accidit, quum pulmonem aër intrat, alterum quum ab eodem reſilit. Atque hujuſmodi motus Italice dicitur: *capochiare.*

XVII. *Non laudatur.* Supinus quoque decubitus, quo præter conſuetudinem caput æger dextrorſum exporrigit, & pedes ſiniſtrorſum; aut è contra, pravus eſt.

XVIII. Id vero gravius eſt, ſi ſe ipſum æger continere non valens, ad pedes ſubinde delabitur.

XIX. Ubi pedes nudat, neque *multus* iis calor ſubeſt, ubi brachia, cervicem ac crura inæquabiliter diſpergit, ac nudat, mali morbi, angoriſque ſignum eſt.

XX. Perniciofum eſt, ubi hians quis aſsidue dormit.

XXI.

XIX. *Nudat*. Adde: aſsidue per acutas, ardenteſque febres. Nam ſi perraro æger brachia nudet, & pedes, aut non niſi in vigore febrium, quæ per circuitus increſcere ſolent, minus malum eſt. Ubi quis etiam in vehementi pleritide, peripneumoniaque pectus aſsidue nudat, licet pedes, manuſque caleant, lethalis morbi notam uſus eſſe ſignificat. Tanti autem faciendum eſt hoc ſignum, ut cum abeſſet, corpuſque una æqualiter caleret, non paucos avaſiſſe viderim, quibus in pectore ſtrepitus erat ſputi multi per diem unum, & alterum. *Neque multus*. Si quis brachia, pedeſque continenter nudet; eaque perpetuo frigeſcant, aut exiguo tepore afficiantur, dum interim ardenti febri exæſtuat, ac ſiti uritur, lethale, *aph*. 48. IV. 72. VII. nedum mali morbi ſignum eſſe ſolet. *Inæquabiliter diſpergit*. Solent ægri in acutis febribus crura brachiave indeſinenter projicere, poſitumque corporis ſine intermiſsione variare, extremis frigeſcentibus. Anxii hi dicuntur. Qui ſi hoc modo jactantur ob ſuccos acres, ventriculum, inteſtinaque irritantes, fere nauſea, vertigine, doloribuſque tentantur, vomituque orto, aut alvo fuſa conquieſcere, & recaleſcere ſolent. Similiter, ſi propter criſim, *prorrhet*. id eis accidat circa ſtatum morbi, notis apparentibus ſalutaribus, prægreſsiſque coctionis ſignis, finiri conſuevit ſudoribus, vomitibus, dejectionibus, uriniſque multis. Quæ vero corporis irrequieta jactatio ſine evacuatione perſiſtit, aut hac ipſa conſecuta non ſolvitur, cum extremorum frigiditate, teporeve, ac virium infirmitate, ſpem tollit. Huc etiam pertinet „ quod quidam frequenter aſſurgere volunt citra „ occaſionem, & lectum commutare, delirii, & exitii certo ſigno. „ Quæ conſuetudine ægri, inconſtantia, teneritate, peculiari na- „ tura, ut puerorum, qui vix ullo ſtare loco poſſunt, dolore acer- „ biore incidit minus formidabilis" jactatio eſt. *Jacotius coac*.

XX. *Hians*. Non de hiante inter dormiendum, ſed de aſsidue dormiente, atque hiante intelligere oportet. Ingens quoque

ma-

XXI. Aut ubi ſupinus jacet, cruribus vehementer contortis, complicatiſque.

XXII. Si pronus jaceat is, qui per bonam valetudinem ſic dormire non conſuevit, aut delirium, aut ventris dolorem portendit.

XXIII. Ubi reſidere vult æger in ipſo morbi vigore, malum quidem indicium eſt in omnibus acutis affectibus, ſed longe peſsimum, pulmonibus laborantibus.

A ſtridore dentium.

XXIV. STridor dentium per febres, præter conſuetudinem à teneris contractam, *furorem* ſignificat, & mortem. Atque ab utriſque futurum pe-

---

malum eſt, ſi æger ſine præcedenti longa vigilia aſsidue dormiat, quamvis non hiet; aut ſi dormiendi cupiditate continenter vexetur. Perniciosſum quoque eſſe, ſæpius vidi, ſi quis in acutis febribus, licet non dormiat, tamen aſsidue hiet.

XXI. *Contortis.* Quidam legendum putant, *reductis admodum, aut diſtractis.* Attamen tam crura ſupini cubantis ad nates reducta, quam disjecta, aut contorta admodum, & complicata, utique ſi alia prava ſigna adſint; perniciem minantur.

XXII. *Si pronus.* Quotquot pleuritide, aut peripneumonia laborantes, decubitum ferre, niſi pronum, orizontalemque, non poterant, omnes è vivis ereptos fuiſſe, memini. Eorum quoque plures deceſsiſſe obſervavi, qui eodem affecti morbo ſic ſupini, planique jacebant, ut ne caput quidem ab orizontali ſede dimoveri paterentur.

XXIII. *Pulmonibus.* Id eſt, in inflammatione pulmonum. Peſsimum eſt etiam in vehementi pleuritide, erectum ſedere velle, itemque in utroque morbo peſsimum eſt non poſſe, niſi ſedendo, ſpiritum trahere.

XXIV. *Significat.* Intelligendum: *Plerumque.* Nam non ſemper ſtridori dentium, delirium ſupervenit, neque ſemper mors. In rigoribus criſim præcedentibus, in animi diliquiis, aut aliter, ſtridor, & colliſio dentium incidit non ita formidabili caſu, quia in iis momentaneus eſt. Ubi vero longius permanet, aut

periculum denunciandum eſt. Si vero jam deliranti ſtridor quoque accedat; vix aliam æque pernicioſam invenies notam.

Ab ulcere.

XXV. ULcus, ſive ante, ſive in ipſo morbo natum eſt, obſervari debet; nam ſi moriturus eſt homo, aridum, & livens, aut pallidum, *& aridum* ante mortem apparet.

A geſticulatione manuum.

XXVI. EX manuum *motione* hujuſcemodi notas perpende. In acutis febribus, in peripneumonia, phrenitide, capitis dolore, ſi quis eas faciei admoverit, ut inde quidpiam ſupervacue venetur, aut feſtucas carpat, aut à veſte floccos, aut à pariete paleas avellat; omnes hæ *notæ* malæ, lethaleſque ſunt.

A

---

aut ſæpius redit, grave malum putandum eſt. *Holler. coac.*
Vix aliam. Sæpe pueri, in acutis morbis, ac præſertim variolis ſtridentes, & ſimul delirantes, ſervantur; rariſsime provectiores, quibus frequens eſt ſtridor cum acuta febri, & vigiliis, quamvis non delirent. Citius autem mori eum, cui jam deliranti ſtridor ſupervenit, quam cui ſtridenti delirium, notat *Jacotius coac.*

XXV. *Moriturus.* Certiſsimum non modo mortis, ſed etiam vicinæ ſignum eſt ulcerum ariditas cum pallore, aut livore conjuncta. Sed non omnia ulcera, vulneraque, præcipue ſi magna, & ſinuoſa fuerint, ex toto exareſcere ſolent. Puris quidem exitus admodum minuitur, fere labra exſiccantur ulceris, ſed omnis humiditas fere non tollitur. Fonticulos pariter, quæque cantharidibus excitantur ulcera, eodem vitio, quo cætera, quæ ſponte fiunt, affici cernimus: morbilloſque, & variolas ante mortem pallere, aut liveſcere, & ſi pure ſcatent, exſiccari, & concidere; tumores demum quoſcumque plus, minuſque deprimi.

XXVI. *Feſtucas.* Eorum qui vellerent feſtucas, & aſsidue, non ſolum quemqnam non evaſiſſe vidit, ſed etiam brevi periiſſe,

A ſpiratione.

XXVII. SPiritus frequens, aut doloris, aut inflammationis in partibus *diaphragmate* ſuperioribus indicium eſt: magnus, & ex longis intervallis delirium declarat: frigidus ex naribus, & ore prodiens, lethalis admodum eſt.

XXVIII.

---

riiſſe, *Cardanus.* Scite *Cardanus* addidit: *aſsidue*, quippe, eorum qui non continenter id facerent, nonnullos evaſiſſe ſcio.

XXVII. *Spiritus frequens.* Id eſt, reſpiratio frequens. *Doloris.* Si reſpiratio frequens incidat, id fere accidit propter aliquam noxam, laborem, vitium, inflammationemve, qua non modo partes afficiuntur, quæ ſupra diaphragma ſitæ ſunt, ſed etiam diaphragma ipſum, muſculique, qui reſpirationi inſerviunt, reliqui. *Indicium eſt.* Intellige, magna ex parte. Etenim utero inflammato fere ſpiritus frequens eſt; ſæpe quoque idem accidit eodem vitio affectis inteſtinis, ventriculo, hepate, veſica. Evenitque id ipſum aliquando etiam ob hyſtericas ægrotationes, & dolores quoſdam ventris. Præterea nec frequens, nec viſu difficilis reſpiratio eſt in pulmonum quibuſdam morbis, ægri licet de ea quærantur aſsidue, vigilentque, ac tuſſiant, nec tamen doleant, nec vehementer febricitent; idque quod excreant modo cruore, modo flavo humore perfuſum una eſt. Quorum alii, die vigeſima, alii citius intereunt, ſpiritum, non niſi prope mortem trahentes difficilem. *Inflammationis.* Interdum etiam talis reſpiratio, pro ut major, aut minor febris eſt, ſitis, æſtus, vigiliæ, dolores, modo ardorem tantum, modo inflammationem ſubeſſe ſignificat. *Magnus.* Ab ea reſpiratione, quæ magna eſt, & tarda, delirium, & inde mortem denunciandam eſſe, ſcribit *Holler.* I. *c.* Nec equidem ullum evaſiſſe memini, qui magnum, & ex longis intervallis, quaſi ſuſpirans, ſpiritum duceret, plures vero interiiſſe ſine ulla læſione mentis. *Frigidus.* Quum ſcribit * *pſichron*, * parvum, & rarum ſpiritum intelligit, quia frigiditas magis ſub ſenſum cadit, quam parvitas, & raritas, *Holler.* Novi ipſe quendam, qui paucis ante mortem diebus, frigidum ſpiritum redderet, poſtea calidum ſub mortem.

XXVIII. Facilis ſpiratio in acutis morbis, quibus febris copulatur, quique intra quadraginta dies finiri ſolent, magnum habet ad ſalutem momentum.

A ſudore.

XXIX. SUdores ſaluberrimi cenſentur in omnibus acutis morbis, ſi in diebus decretoriis oriantur, febrimque finiant, aut ubi toto corpore æqualiter inſudante, æger morbum facilius ſuſtinere videtur. Contra inutiles, qui id efficere non valent. Peſsimi omnium ſunt frigidi, *aut* ubi caput dumtaxat, aut facies, aut cervix inſudat; quippe qui in acuta quidem febre mortem, in mitiori vero morbum diuturnum fore ſignificant.

XXX.

XXVIII. *Magnum.* Dummodo naturalis, faciliſque reſpiratio toto morbi tempore perſeveret. Sæpe namque paucis ante mortem diebus, interdum etiam horis, reſpiratio mutatur, quæque facilis modo fuerat, difficilis, & prava redditur. Plurimi facienda eſt reſpiratio in morbis pectoris, in quibus, notante *Jacotio*, ſola ſæpe mortis, aut ſalutis diſcrimen facit. Recte *Jacotius* addidit, *ſæpe*; quo de *vid. not. præced.*

XXIX. *Decretoriis v. aph.* 36. IV. Sudor criticus, id eſt, *ſalutaris*, in febre continua, his notis cognoſcitur: ſi coctionis notis antegreſsis incidat, ſi die critico, & vigente natura; ſi toto corpore diffluat; ſi ita moderatus ſit, ne vires diſſolvat, denique ſi febris inde, & omnia ſymptomata acquieſcant, *Jacotius*: aut inde æger levius habeat, *Holler.* ut in ſudoribus imperfecte criticis. *Inutiles.* Id eſt, mali; nam ſi moderate fluant, nec inde tollant, nec imminuant febrem; aut diuturnitatem, aut exacerbationem morbi ſignificant: ſi multi ſint, & aſsidui, vires dejiciunt, & ſæpe occidunt. *Frigidi.* Peſsimi hi ſunt quacumque ex parte, & quoquo modo fluxerint. Peſsimi quoque, qui ſolum è capite, facie, aut collo manant, etiam ſi ſint calidi: mortem enim prænunciant, tam ſi tenues ex virium reſolutione fuerint, leveſque, quam ſi multi cum aliis lethalibus ſignis, aut virium infirmitate. *v. Jacotius.*

XXX. Et qui per corpus eodem modo fiunt, *quo* circa caput. Qui autem milii inſtar, & circa collum dumtaxat fiunt, mali; qui vero guttatim, & exhalando, boni. Conſiderare autem oportet ſudorem in univerſum; alii enim propter corporis exſolutionem; alii propter inflammationis vehementiam fiunt.

A præcordiis.

XXXI. ATque inter optima indicia ſunt præcordia, ubi ſine ullo ſenſu doloris in utraque parte æqualiter mollia ſunt. Inflammata vero, dolentia, & intenta, & ubi aliter in dextera, aliter in ſiniſtra parte afficiuntur, ſuſpecta haberi debent.

T XXXII.

XXX. *Et qui.* Negotium faceſsit interpretibus obſcurus hic textus, quem equidem ſuſpicor eſſe mendoſum, ſicqui poſſe reſtitui: * *cai oi cata pan to ſooma ooſautoos ginomenoi, agathoi peri teen cephaleen de oi kegchroeidees, cai mounon peri ton tracheelon ginomenoi, poneroi oi æe meta ſtalagmoon, cai atmizontes, agathoi.* * Id eſt: *& qui æqualiter toto corpore emanant, boni; qui autem circa caput milii inſtar, & collum ſolummodo erumpunt, mali; qui autem vaporoſi deſtillant, boni.* Nimirum quamvis ſudores, qui toto corpore æqualiter fiunt, poſsint eſſe mali, ſi nec febrim tollant, nec imminuant; boni tamen ſunt, ſi conferantur cum ſudoribus, qui è capite ſolum, & collo fluunt. Itemqne, qui ex his partibus vaporoſi deſtillant, quamvis deteriores ſint ſudoribus univerſalibus, boni tamen ſunt, id eſt, minus mali, quam qui milii inſtar, id eſt, rotundi granorum exiguorum inſtar, prodeunt ex eiſdem partibus, nimirum capite, & collo. *Vid.* IV. *aph.* 36. 37. 40. *&* VIII. 4.

XXXI. *Præcordia.* Si in acuta febre præcordia, id eſt, partes, quæ utrinque ſub inferioribus coſtis ſunt, ſine ullo ſenſu doloris æqualiter mollia in utroque latere deprehenduntur, optimum id indicium eſt. *Inflammata.* Non de vera inflammatione eſt intelligendum, ſed de æſtu, ardoreque, ſine renixu tamen, pulſu, & rubore. *v. Gorræus.*

XXXII. Præcordiorum venæ, ſi pulſent, turbationem, & delirium portendunt. Sed eorum, qui ſic affecti ſunt, occulos inſpicere oportet, quippe frequens illorum motus *furorem* comminatur.

A tumoribus.

XXXIII. PRæcordia tumida, dura, dolentia; ſi in univerſum ſic affecta ſint, maximum malum portendunt: ſi vero altera parte dumtaxat, ex ſiniſtra minus periculum eſt.

XXXIV. Cæterum hujuſmodi tumores, in principio quidem proximam mortem denunciant: ubi vero viginti dies exceſſerint, neque quieſcente febre, neque tumore remiſſo, ad ſuppurationem vertuntur.

XXXV.

XXXII. *Venæ.* Arteriæ nobis audiunt, quarum pulſus vehemens eſſe debet ſic, ut ab ægrotante percipiatur, & à medico: ibique loci, addit *Valleſius*, ubi arteriæ pulſus non ſolet percipi. *Turbationem.* Id eſt, delirium cum turbatione; magiſque, ſi occuli crebrius moveantur, ut *in coacis* legitur.

XXXIII. *Dura.* Phlegmonem, ſive tumorem vere inflammatorium internarum partium intellige cum calore, tenſione, dolore, ac renixu. *In univerſum.* Id eſt, utrinque, parte nimirum dextera, & ſiniſtra. *Ex ſiniſtra.* Lienis enim inflammatio minus habet periculi, exſcindique viſcus hoc in canibus exprimenta docent, quin moriantur. Contra periculi multo plus habet hepatis inflammatio ob vicinarum partium conſenſum: in convexa quoque hepatis parte periculoſior eſt, quam in concava, quod inde diaphragma facile coafficiatur. *V. Jacotius.*

XXXIV. *Proximam.* Si tumoris magnitudo eximia fuerit, & viſcera vicina in conſenſum morbi adducta, dolor, febris, anxietas, ſitis, & vigiliæ urgeant. Sic *Coi* ſororem mortuam ſcimus ſecunda die, cui hepar elevabatur ſplenico modo; id eſt, in magnam molem, uti interdum lien ſolet facere. *v. epid.* 2. *Ad ſuppurationem.* Id eſt, inflammatus in pus tumor vertitur.

XXXV. Atque *in primo circuitu* ſanguis è naribus fluens non mediocri ipſis præſidio eſt. Sed tum ſanguinis eruptio expectari debet, quum interrogati, aut caput dolere, aut oculos caligare fatentur.

XXXVI. Id vero junioribus, *necdum* trigeſimum quintum annum attingentibus *magis* evenire ſolet.

XXXVII. Mollis tumor, dolorem non inferens, & digitis cedens, longiori tempore finitur, ſed non ita grave ab eo periculum pendet.

XXXVIII. Quod ſi intra ſexaginta,dies neque febris deſinit, neque tumor *ſubſidet*, ſuppurationem expectare oportet. Idem haud ſecus in reliquis quoque ventris partibus perpenditur.

XXXIX.

XXXV. *Primo circuitu.* Qui ſeptenario, ſeu ſeptem diebus, definitur: quanquam ſecundo etiam ſeptenario interdum ſanguis utiliter fluat, ſed paucis, nono, & undecimo die, paucíſsimis decimo quarto, *Jacotius.* Quarta tamen die erumpens ægre morbum judicat, *epid. 6.* id eſt, cum bonis ſignis, morbi longitudinem, aut recidivam, cum lethalibus mortem prænunciat. *Caput dolore.* Addit *Valleſius* alia ſigna, ut naſi pruritum, aut lacrimas involuntarias, aut ruborem faciei. Cæterum non ſuppuratio ſolum, aut ſanguinis profluvium hujuſmodi tumores diſcutit, ſed & ſudores boni, & multæ urinæ, & dejectiones etiam bilioſæ, nonnumquam etiam vomitus. *v. Jacotius.*

XXXVI. *Id vero.* Id eſt, expectari magis oportet fluxum ſanguinis uſque ad trigeſimum quintum annum, quam ultra hunc. *Valleſius.*

XXXVII. *Digitis cedens.* Sic, ut cavitatis veſtigia impreſſa digitis in tumore appareant, ut ſuſpicatur poſt *Galenum*, *Gorræus.* Adverſatur *Cardanus*, & recte quidem; ratus *Hippocratem* per *molle* intellexiſſe id, quod digito cedit ſine tenſione evidenti; non molle, quod omnino duritie caret: quod utique in hypochondriorum tumoribus ſæpe obſervatur. *Finitur.* Id eſt, judicatur, ſolvitur.

XXXVIII. *Intra ſexaginta dies.* Sunt enim, & alii quidam tumores inter iſtos medii, quorum terminus eſt quadrageſimus dies, prout materia minus craſſa, & frigida, calor copioſior,

ætas

XXXIX. Itaque durus, magnuſque tumor, dolore crucians, mortis periculum non multo poſt fore denunciat. Mollis vero, & ſine dolore, quique prementi digito cedit, longus eſſe ſolet.

XL. Ventris tumores, non tam crebro, ut hii, qui in præcordiis oriuntur, abſceſſum efficiunt. Quod ſi ſub umbilico conſtituantur, *rariſsime* ad ſuppurationem convertentur.

XLI. Sed ex ſuperioribus maxime ſedibus ſanguinis fluorem expectare oportet; in quibus *tamen* omnis tumor diuturnus ad ſuppurationem fere ſpectat.

A ſuppuratione.

XLII. ITaque ſuppurationum obſervatio ſic accipienda eſt. Earum enim, quæ in exteriorem partem erumpunt, optimæ ſunt parvæ, admodum emi-

---

ætas vegetior, conſtitutio temporis aptior. *Jacotius.* *Subſidet.* Interdum tumor reſedit, ſeu diſſolvitur, reſoluta materia, vel expurgata per urinas, aut inteſtina. *Idem.* Sæpe quoque hujuſmodi tumores tenujori parte avolante, & craſsiori intus relicta, in ſcirrhum abeunt, unde icteritia, cachexia, hydrops, ac tandem mors ſupervenit. *v. Idem.*

XXXIX. *Itaque.* Confirmatio eſt eorum, quæ dicta ſupra ſunt.

XL. *Ventris.* Hoc loco hypochondria umbilicali regione finiuntur ſic, ut tumores, qui in umbilicali regione excitantur, longe rarius ſuppurentur, quam ii, qui in hypochondriis gignuntur, & adhuc omnium rariſsime, qui ſub umbilico, id eſt in regione hypogaſtrica.

XLI. *Sed ex ſuperioribus.* Id eſt, in tumoribus hypochondriorum expectanda fere eſt ſuppuratio, aut profluvium ſanguinis è naribus: in tumoribus umbilicalis, & hypogaſtricæ regionis, aut ſuppuratio, aut tumoris tranſitus in ſcirrhum, aut decubitus ad crura, aut hydrops. *In quibus.* Id eſt, in hypochondriis tumor omnis plerumque ſuppuratur, ſi diutius protrahatur, & febris perſeveret pertinacior.

XLII. *Parvæ.* Intellige ſecundum baſim *tumoris* (non enim ſem-

eminentes, atque in acutum faſtigiatæ; peſsimæ vero ſunt, quæ *magnæ*, quæque *plane* ſunt.

XLIII. Sed illarum, quæ intus *rumpuntur*, optimæ cenſentur, quæ *cum externis partibus nihil communicant*, & contrahuntur, nulloque dolore cruciant, atque ubi exterioris cutis color manet uniformis.

XLIV. Pus illud optimum eſt, quod alvum, & læve eſt, & haud quaquam fœtet; quod vero ab hoc variat, & peſsimum eſt.

* * * * * * * * *
* * * * * * * *
* * * * *
* * * *

PRÆ-

ſemper expedit, parvas eſſe ſuppurationes, ſed quantitati ſuccorum reſpondentes). *Valleſius.*

XLIII. *Sed illarum.* Id eſt, ſed tumorum internorum qui intus rumpuntur (quamvis longe optimum ſit extra corpus rumpi) laudabiles ſunt, qui colorem cutis non mutant, neque tumor, aut dolor extrinſecus apparet: teterrimi quippe ſunt tumores interni, qui intro ſimul, & extra rumpuntur, quod difficillime carne repleantur. *v. Valleſ. Cardanus* autem per ſuppurationes, quæ *foras prominent*, interpretatur externas, id eſt, in muſculis ſitas per eas autem, quæ *intro rumpuntur*, profundas, & intra abdomen, ſic, ut ruptio fiat ad locum vaſorum, ſcilicet inteſtinorum, aut venarum, unde pus cum urina, aut alvi excrementis exeat, & non in cavitatem, quæ eſt inter inteſtina, & peritonæum, ubi ſaniei nullus exitus patet, ex quo ſubinde cutis è regione inficitur, & dolor oritur.

XLIV. *Pus illud.* Ut ſi è ſuppurato hepatis tumore, cujus ſedes in dextero hypochondrio eſt, pus exeat album, læve, æquale, & minime fœtidum, facile evadere æger queat; ſin qualis amurca fluat, ſubcruentum, fœculentumque, ac fœtidum, fere pereat. *v.* VII. *aph.* 45.

PRÆSAGIORUM HIPPOCRATIS
LIBER II.

I. HYdrops, ſi ex acuto morbo cœpit, *periculoſus* eſt; neque enim febrim ſolvit, ſed doloribus torquet atque interficit: oritur vero magna ex parte vel ab ilibus, & lumbis, vel à jecinore.

II. Sed ubi ab ilibus, lumbiſque ortum contraxit, pedes tumidos reddit, fluorem diuturnum inducit, qui neque lumborum, iliumve dolorem ſolvit, neque ventrem efficit molliorem.

III. At quibus à jecinore *hydrops* proficiſcitur, ii tuſsi vexantur, *& tuſsiendi cupiditate*, ſed qua pene nihil

---

I. *Ex acuto.* Id eſt, febre ardente, aut inflammatione hepatis, lienis, ventriculi, inteſtinorum, meſenterii, renum. *Periculoſus eſt.* Id eſt, præ iis, qui alia de cauſſa oriuntur, periculoſus. Immo dolorificus, & exitialis eſſe dicitur in *coacis*. *Ab ilibus.* Id eſt, ab inflammatione meſenterii, aut inteſtinorum, unde dolor ilia, & lumbos excruciat. *Jecinore.* Siquidem acuto morbo laboraverit, ut inflammatione, eryſipelate, ardore, non autem ſcirrho, aliove longo morbo.

II. *Fluorem.* Id eſt, alvi profluvium. *Qui neque.* Eo quia „ internus ardor, & intemperies hectica maneat, in qua me- „ dicorum vulgus, quaſi morbus omnis à plenitudine eſſet, me- „ dicamentis *purgantibus* affectus ſæpe deteriores reddit, aut „ ægrum præcipitem agit in mortem.“ *Jacotius.*

III. *At quibus.* Huc uſque egiſſe viſus eſt *Hipp.* de hydrope tympanitide, ſive flatulento, *v. aph.* 11. IV. nunc de aſcite, quo intus inter inteſtina, & peritonæum aqua contrahitur, & flatu quoque non multo inteſtina tenduntur. *Tuſſi vexantur. v. aph.* 35. VI. *Circa ventrem tumores.* Elevantur viciſsim ventris partes, modo dexteræ, modo ſiniſtræ; & deinde ſubſi-

hil excreatur; pedes tument, dejectio dura, coactaque eſt, circa ventrem tumores, modo in dextera; modo in ſiniſtra parte attolluntur, deinde deſinunt.

IV. Mali etiam morbi ſignum eſt, caput, & pedes, manuſque frigidas habere, ventre & lateribus calentibus.

V. Securitatem pollicetur corpus, quod æqualiter molle, & calidum eſt.

VI. Quodque facile convertitur, & ſurgit.

VII. Gravitas vero, quæ vel manus, & pedes, vel reliquum quoque corpus premit, periculum ſignificat.

VIII.

ſident flatu diſcuſſo, aut depulſo, quod in tympanitide non accidit, in quo venter rotundior, & tumidior eſt, & vix quicquam variatur, dum flatus erumpit, aut æger de latere in latus convertitur.

IV. *Mali etiam, v. aph.* 48. IV. *&* 26. 69. VII.

V. *Securitatem.* Corpus æqualiter molle, calidumque eſſe, facileque ipſum per ſe converti, ac ſurgere * *ariſton*, * *optimum* in acutis morbis ſignum eſt, ſi tamen permaneat, cæteraque ſecuritatem polliceantur. Optimum eſt totum corpus calidum eſſe æqualiter; id eſt, nullum in ventre ardorem eſſe majorem, quam in aliis partibus, & æque molle: id eſt, nullum in eo tumorem durum, aut mollem eſſe, aut magnam obſtructionem, qua pars aliqua inſigniter dura ſit. *Valleſius.*

VII. *Gravitas vero.* Id eſt, quum corpus præ imbecilitate ægerrime convertitur, aut aſſurgit; aut, quod longe peſsimum, nullum ſponte motum, aut totius corporis, aut partium obire poteſt, ſed deorſum decidit, prolabitur, jacetque tanquam inanimis. „Muſculis à plenitudine oppreſsis, aut peculiari aliquo vitio laborantibus, non ita metus eſt, ſicut nec languente facultate ſubita aliqua evacuatione, aut occaſione manifeſta." *Jacotius. Nobilem adoleſcentem febris tenebat aſsidua, ad veſperas increſcens, mitis tamen. Sitis, æſtus, vigiliæ, dolor, cibique faſtidium aberat. Principium ab animi deliquio febris duxerat. Septima morbi die cum ad ægrotantem acceſsiſſem, ſic infirmatum deprehendi, ut ne manus quidem, pedeſque, ipſe per ſe movere valeret. Id domeſtici triſtitiæ, timorique tribuebant, quibus ſe pridem tradiderat. Ipſe ex tam gravi virium lapſu, quid pernicioſum ſubeſſe ratus, ejus fratri pericu-*

lum

VIII. Quod ſi cum gravitate, ungues quoque, ac digiti livore afficiantur, continuo perniciem expectare oportet.

IX. At omnino nigri tum digiti, tum pedes, minus quam liventes periculum portendunt: ſed tunc ad reliqua ſigna refugere oportet; etenim ſi æger facile malum ſuſtinet, adſintque alia quædam indicia, quæ ſecuritatem polliceri ſolent; ſuppurationem ſperabis, atque ſuperſtes manebit æger, ſed denigratæ corporis partes decident.

X. Teſticuli, pudendaque retracta, vehementes dolores, atque lethale periculum ſignificant.

De

---

lum nihil tale cogitanti denunciavi. Poſtridie tuſsis, & difficultas reſpirandi cum ſtertore ægrum nec opinantem invaſit, brevique poſt jugulavit.

VIII. *Digiti.* Fere enim ab his, & ab unguibus tam manuum, quam pedum livor incipit; deinde vero labia, & genas occupat. *Avicennas* ruborem in manibus, ac pedibus, ſcribit eſſe deteriorem nigrore; ac ſtatim eum mori, cujus extremitates cum gravitate rubeſcunt adinſtar coralli apud *Jacotium* legimus, *comm. coac. p. 99.*

IX. *Minus quam liventes.* Quia color lividus fere mortem ſignificat, niger etiam abſceſſum, quo æger interdum evadit. Id accidit, ſi orto in pedibus abſceſſu, febris ex toto deſinit, aut admodum imminuitur, facile ſpirat, alacrior eſt, magis dormit, minus ſitit, minus dolet, & excrementa ſanis ſimilia prodeunt: ſin contra, febris perſeveret, ſitis, vigiliæ, aut ſpirandi difficultas, delirium, nauſea, animi deliquia, & pulſus vitioſus accedant, æger moritur *v. Jacotius. Decident.* Id eſt, ſponte ſeparabuntur à ſanis, niſi manu ante auferantur.

X. *Lethale.* Si retracta diutius permanſerint, & alia ſigna lethalia adſint: „ quo tempore etiam ſæpe obſervare licet, non „ ſolum teſtes revelli, & penem rugari: ſed etiam digitos, & „ pollicem manifeſte inflecti, curvari ungues, labra diſsidere, „ molliorem auriculam reflecti, aliaque id genus, duobus, tri- „ buſve diebus, interdum etiam pluribus ante mortem.“ *Jacot.*

De ſomno.

XI. QUod vero ad ſomni rationem pertinet, quemadmodum etiam ſani ſolent, interdiu vigilare, noctu vero dormire oportet; à qua conſuetudine ſi quis aberraverit, *malum: minus autem nocebit, ſi dormiat mane uſque ad tertiam diei partem. Qui vero poſtea ſomnus accidit, deterior eſt.*

XII. Peſsimum tamen eſt, ſi ſomnus, neque noctu, neque interdiu accedit. Id enim, vel ob dolorem, laboremve accidit, vel delirium futurum ſignificat.

De alvi excrementis.

XIII. ALvi excrementa, inter bona indicia ſunt, ſi figurata ſunt, ſi eodem tempore, quo in ſecunda valetudine dejici ſolebant, excernuntur, ſi his quæ ingeruntur proportione reſpondent, utpote quæ inferiorem ventrem recte valere declarant.

V XIV.

XI. *Uſque ad tertiam.* Id eſt, tertiam diei artificialis partem, quæ quatuor horis conſtat. *v. text.* 11. *lib.* I.

XII. *Delirium.* Præſertim ſi per acutas febres, tendinum tremores, ſive ſubſultus in carpis fiant, aut artuum contremiſcentiæ, aut ſtillæ ſanguinis de naribus, aut aurium ſonitus, aut ſurditas permanens, aut capitis dolor, aut vertigo, aut pulſus in temporibus vehemens. Ubi vero ſomnus nullus eſt in vehementi pleuritide, præ dolore, ac tuſsi, aut perquam exiguus, & perturbatus, fere mortem prænunciat.

XIII. Hic loci notam, quam in pleuritide lethalem fuiſſe cognovi, lubet adjicere, quæ quamvis ad dejectionem non pertineat, tamen ad dejiciendi cupiditatem ſpectet, ut ex ſequenti conſtat hiſtoria. *Cum quidam per initia pleuritidis, rubrum flavo mixtum ſputum redderet, quinta die, ſequentibuſque incepit ad veſperas ſpumoſum extuſsire ſanguinem, mane vero ſingulo, lividum. Sudabat toto corpore, nec quicquam relevabatur. Dolor urgebat potiſsimum in dorſo. Strepebat ſputum in*

pe-

XIV. Si vero liquida fuerint, præſtat, ut ſine ſtridore, neque frequenter, neque ex brevibus intervallis dejiciantur. Etenim fatigatur æger, ſi crebro ſurgit, vigiliiſque conſumitur. Quum vero affatim, ſæpeque dejicit, ne animus eum deficiat, periculum eſt.

XV. Convenire debent excrementa his, quæ aſſumuntur, & bis, terve interdiu, noctu vero ſemel dejici; idque maxime matutinis temporibus pro cujuſque conſuetudine.

XVI.

---

pectore. Die ſeptima ſtrepitus quievit ſputi. Febris intendebatur, ſitis, vigiliæ, jactatio corporis, creber ſpiritus. Pridie antequam moreretur jactans ſe querebatur de ſumma corporis tenſione, ſibique exonerari alvum, nullatenus adſtrinctam, vehementer cupiebat, rogabatque. Hæc clyſtere ducebatur die morbi octava. Veſpere ejus diei ſtrepitus ſputi rediit, uſque ad interitum permanens. Lethalem hanc dejiciendi cupiditatem poſſem tribus aliis hiſtoriis confirmare, quibus, ne longior ſim, lubens ſuperſedeo.

XIV. *Affatim.* Id eſt, confertim. Quum enim multa, & ſæpe deſcendunt, non modo deliquii animi, ſed mortis etiam metum inferunt. 4. *de rat. vict. acut.*

XV. *Convenire.* Putat *Valleſius*, de dejectionis humidæ forma, *Hippocratem* fuiſſe locutum. Qui enim, inquit, bis die, aut ter dejicit, ſemel nocte, & ſummo mane plus etiam, is profecto, nec minutatim dejicit, neque crebro, neque admodum raro. Præterea „ſcire licet, reſpondere quantitati ingeſtorum, non eſſe tantum dejici, quantum ingeritur, ſed „rationem quandam ſervare quæ egeruntur eorum quæ ingeruntur, quod per morbum etiam acutum poteſt fieri; ut ſi „laborans, quo die plus ingerit, plus egerit, quo minus, minus quoque“ idem. *Pro cujuſque conſuetudine.* „Ratio hæc „excretorum cum ingeſtis“ *pergit idem*, ſignificat „retinere „naturam aliquatenus modum dejiciendi, quo utebatur per „bonam valetudinem, ſi non exacte, at ſecundum analogiam. „Itaque non eſt collatio numeri dejectionum cum numero qui „per ſanitatem accidit ---- ſed quaſi opponens contrarium ei „quod dixerat: *ſæpe & confeſtim fluit*, dicit, bis, aut ter die, „ſemel in nocte.“ Sic ſubtiliter, ſciteque conatur *Valleſius* *Hippocratem* adverſus *Galenum* defendere.

XVI. Ad finem jam tendente morbo bonum eſt, ſi craſsiora reddantur; ac *ſubſulva.*

XVII. Et odoris fœditate ſani hominis alvum non vehementer excedant.

XVIII. Lumbricos etiam *rotundos* cum excrementis ſub fine morbi deſcendiſſe, *expedit.*

XIX. Venter in quovis morbo *mollis*, corpulentuſque *mediocriter* eſſe debet.

XX.

XVI. *Craſsiora.* Si ex tenuibus, & aquoſis fiant excrementa craſsiora, nimirum cohærentia, læviora, ſubflava; & non admodum fœtida.

XVII. *Non vehementer.* Nam admodum fœtida magnam humorum corruptionem indicant. Quæ vero nihil prorſus fœtent, damnanda itidem ſunt, ut cruditatis indicia. Significant enim prælanguidam eſſe ventriculi, inteſtinorum, reliquorumque viſcerum vim in ingeſta. *Ex Valleſio.*

XVIII. *Rotundos.* Id eſt, teretes. *Expedit.* Quia inde naturæ robur, & materiæ bonitas declaratur. Contra, qui ſine excrementis exeunt in acutis, ineunte morbo, cruditatem ſignificant, & malignam putredinem. *v. Jacotius, coac.* Putat *Valleſius*, lumbricos poſſe non in ſtatu ſolum morbi, ſed etiam in incremento, ubi proximus ſtatus eſt, ſalutariter deſcendere. At vivos ne, inquies, dejici præſtat, an mortuos? *Paulus*, & *Aetius* primum laudant, *Rhazes*, *&* *Avicena* ſecundum. Verum prava vivi accidentia gignunt, uti tormina, anxietates, animi deliquia, convulſiones, epilepſiam, febrem, diarrhæam, colicam, cibi faſtidium, vertigines, deliria, cordis palpitationem, atque id genus alia. Mortui autem, *Valleſio* obſervante, cum malignioribus ſuccis eoſdem enecantibus poſſunt eſſe conjuncti. Qui vero non ſymptomatice, id eſt, non ob morbi vim, magnitudinemque deſcendunt, ſed ob concoctionem ſuccorum, quo demum morbi tempore ea contingat, fere vivi cum excrementis jam craſceſcentibus excerni ſolent.

XIX. *Mollis.* Siquidem ſignum eſt, ei ſimiliter viſcera ſubeſſe mollia, atque adeo nullo ea humorum coitu, nulla ſolidorum, quibus texuntur, laborare tenſione, contractione, duritie. *Mediocriter.* Multum enim extenuari eundem, & contabeſcere, pravum eſt. II. *aph.* 35.

XX. Periculoſum ſtercus eſt, quod perliquidum, albicans, pallidum, vehementer rufum, aut ſpumans eſt.

XXI. Item malum eſt, quod exiguum, glutinoſum, idemque ſubpallidum eſt.

XXII. Omnium maxime lethiferum eſt nigrum, pingue, *æruginoſum*, livens, aut quod pejoris eſt odoris quam pro conſuetudine.

XXIII. Varia excrementa, quamquam diutius mortem differunt, non tamen minus ſunt lethalia; hujuſmodi *ſunt* ramentoſa, bilioſa, *cruenta*, *porracea*, & & nigra, *modo ſimul inter ſe mixta, modo per vices prodeuntia.*

XXIV. Inter optima ſigna eſt flatus, qui neque cum *ſonitu*, neque cum *crepitu* emittitur; quamquam enim ſatius eſt ipſum cum *crepitu* exire, quam includi; tamen hoc pacto prodiens, aut dolere, aut delirare ægrum ſignificat, niſi ſua ſponte flatum ipſum emiſerit.

XXV.

XX. *Pallidum.* Rectius, *ex viridi pallidum*, aut *viride.*

XXI. *Subpallidum.* Rectius, *ex viridi ſubpallidum*, aut *ſubviride.*

XXII. *Nigrum.* Dejectiones nigræ, lividæ, aruginoſæ, & fœtidæ lethales ſunt, niſi ſi bene exeant. Bene autem exeunt, cum in ſtatu morbi à corpore excernuntur, prægreſsis ſignis coctionis in urina, & inſuper cum conferentia, & tolerantia, id eſt, cum allevatione morbi, & virium conſtantia. *Pingue.* Quod ſolet copioſe fluere, & eſt oleo ſimile.

XXIII. *Varia.* Quæ varios colores ſimul ſortiuntur, aut ſubſtantiam: ſcilicet ſi dejectio ſimul fuerit ramentoſa, pinguis, nigra, eruginoſa, viridis, livida, cruenta. *Bilioſa.* Intellige valde flava. Videndum tamen, ne pravus excrementorum color ſit ab ingeſtis. Nam mel, ova, olea, lac dejectionem flavam reddunt, legumina ſpumantem, herbarum folia viridem, potiones ſæpe perliquidam.

XXIV. *Quam includi.* Id eſt, flatum exire cum crepitu in delirantibus, quam intus retineri; quamvis cum crepitu erumpens delirium indicet, aut dolorem præſertim ventris: niſi ob impudentiam, conſuetudinem, aut de induſtria flatum æger

cum

XXV. Præcordiorum recentes quidem dolores, & *protuberantias*, niſi inflammatio quoque acceſſerit, murmur in ipſis exortum ſolvit, ac una cum ſtercore, & urinis, atque flatu egreditur. Quod ubi non contingit, ſi tamen è ſede ſua transfertur, ſignum eſt bonum; idque magis, ſi ad inferiora deſcendat.

De urinis.

XXVI. URina illa optima eſt, in qua per totum morbi decurſum reſidet album, læve, & æquale: hæc nimirum ſecuritatem, brevemque morbum ſignificat. Quod ſi aliquid horum deeſt, ut modo *pura* ſit, modo album, læveque in ipſa reſideat, hæc ut longiorem morbum denunciat, ita ſecuritatem minorem pollicetur.

XXVII. Subrubra urina, in qua ſubrubrum, læveque reſidet, quamquam ſuperiore morbum diuturniorem, eundem tamen *perquam ſalutarem* fore declarat.

XXVIII.

---

cum ſonitu ejiciat. Cæterum ſi flatus non exeat, dum venter flatu diſtenditur, malum eſt, in febribus, ut 2. *coac.* legitur: nam dolor capitis, vertigo, ſpirandi difficultas, & ſimiles affectus ſequuntur. *v. Jacotius.*

XXV. *Præcordiorum.* Id eſt, hypochondriorum dolores, & elevationes ob flatum inteſtina, quæ in hypochondriis ſunt, di ſtendentem; qui ſi loco moveatur, & cum murmure deſcendat, brevi poſt inter dejiciendum, aut mingendum erumpit.

XXVI. *Urina.* Perfectæ concoctionis ſigna habentur, cum id quod in urina refrigerata reſidet, & ſedimentum, ſeu hypoſtaſsis, dicitur, fuerit album, læve, & æquale. Porro æquale eſt ſedimentum, quod ſibi omnibus ex partibus ſimile exiſtit ſic, ut ejus partes omnes ſint æque tenues, & albæ: læve eſt, quod eſt continuum, nullaque ex parte divulſum, ſed ſibi undique cohæret æquabili ſuperficie. *v. Gorræus.* *Horum deeſt.* Id eſt, ſi urina modo tale ſedimentum habeat, modo careat; minus erit ſecurus morbus, & longior.

XXVII. *Superiore.* Id eſt, ea, quæ modo cum ſedimento albo, lævi, & æquali redditur, modo ſine eo.

XXVIII. Mala eſt urina, quum id quod reſidet, parti farinæ craſsiori ſimile eſt: *pejus* vero, ſi *laminis.* Ac vituperatur quoque *album tenueque*, quamquam longe majus periculum ea urina portendat, in qua quædam tanquam furfura reſident.

XXIX. *Nubeculæ, quæ in urina gignuntur*, albæ quidem bonæ ſunt, nigræ vero malæ.

XXX. Cæterum, quoad urina rufa, tenuiſque apparuerit, crudum morbum ſignificat.

XXXI. Quod ſi diutius talis permanſerit, *ne* priuſquam *urina concoquatur*, æger viribus deſtitutus ſuccumbat periculum eſt.

XXXII. Pernicioſiſsima eſt urina, quæ mali odoris, & dilluta, & tenuis, & nigra, & craſſa eſt.

XXXIII.

XXVIII. *Album.* Id eſt, ſedimentum album, tenueque, quod inæquale, divulſumque ſit. *Quamquam.* Id eſt, periculoſior licet ſit urina, cujus ſedimentum eſt furfuri ſimile, quam illa, in qua ſubſident farinacea, craſsiora, aut laminea, ſive foliacea.

XXIX. *Nubeculæ.* Harum nomine intelligit *Hipp.* totum id, quod in urina refrigerata conſpicitur, nubeculam referens, ſive id ſupremum, ſive medium, ſive infimum locum teneat in urina. *Bonæ.* Utique tales ſunt, ſi cum nubeculis nigris conferantur. At malæ ſunt, licet albæ, quæ farinæ ſubtiliori, aut ſquamulis candicantibus ſunt ſimiles, aut divulſæ ſunt, non cohærentes, ſpumæ inſtar.

XXXII. *Mali odoris.* Intellige admodum fœtidam. *Diluta.* Id eſt, aquoſa. Talis tamen perſeverare debet. *Nigra.* Hæc fuſca, obſcuraque eſt, uſto *caffè* ſimilis. Eſt enim fere lethalis, multo magis, ſi & ſubſtantia, & contentis nigra ſit; aut nigra, & tenuis, quæ inflammationem internam teſtatur. A ſedimento nigro, & ſolo, multos evadere, ſcribit *Gal.* à ſubſtantia, & ſedimento nigris, ſe vidiſſe neminem. *v. Jacot.* *Et craſſa.* Si legas conjunctim, *nigra, & craſſa*, talis urina erit longe pernicioſior, quam nigra tantum: ſin disjunctive; pro *urina craſſa*, intelligenda erit *perturbata*, non ſubſidens, qualis fuerat *Ægr.* I. *lib.* 3. *&* II. *lib.* 4. *epid.* Cæterum nigra in-

XXXIII. In viris quidem, & mulieribus nigra; in pueris vero tenuis, & diluta deterrima eſt.

XXXIV. Si urina tenuis, & cruda ſic diu fertur, ut reliqua ſigna ſalutaria ſint, plerumque infra ſeptum tranſverſum abſceſſus oriri ſolent.

XXXV. Neque læviter terrere nos debet urina, cui pinguedo telis araneorum ſimilis innatat; quippe quæ hominem tabe conſumi ſignificat.

XXXVI. Nubeculæ *in urinis*, ſupremum ne locum, an infimum teneant, obſervare oportet. Nam, quæ in ima parte conſtituuntur, cum coloribus quos ſupra propoſui, bonæ ſunt, atque laudantur: quæ vero cum *relatis coloribus* ſurſum attolluntur, malæ, vituperandæque ſunt.

XXXVII.

---

interdum critice, ſeu ſalutariter mingitur, quod ex allevatione ægri, & ſymptomatum remiſsione intelligimus. *v. Idem. Et ipſe duas vidi mulieres urinam atramento pæne ſimilem per morbum reddentes, ex quo tamen convaluere. Harum altera, lumborum dolore diſcruciabatur, capitis altera. Utramque febris occupabat, continuæ tertianæ ſervans ordinem.*

XXXIII. *In viris.* In his, atque in adultis mulieribus urina nigra, & craſſa deterior eſt, quia horum urinæ tenues eſſe ſolent. In pueris vero deterior eſt tenuis, & diluta, quia hi fere craſsiores urinas reddunt: quamvis, & in pueris deteriores ſint aquoſis urinæ nigræ. *Valleſius.*

XXXIV. *Septum tranſverſum.* Diaphragma. *Abſceſſus.* Fere is oritur, ſi febris perſeveret, neque ſputa cocta prodeant, neque biliosæ dejectiones, neque urinæ multæ cum ſedimentis, quæ abſceſſus materiam ſubducant. *v. Jacot.*

XXXV. *Significat.* Niſi fiat ex cauſſa manifeſta, aut ex peculiari renum ardore. *Valleſius. v.* VII. *aph.* 35.

XXXVI. *Nubeculæ.* Nubeculæ hic accipi videntur pro hypoſtaſi, ſeu ſedimento, & pro eo contento, quod ſupremam urinæ partem attingit, pendetque, tanquam nubes in aere. Damnat *Hipp.* nubeculas, licet boni coloris, quæ altiorem in urina locum occupant; laudatque eas, quæ cum iiſdem coloribus inferiorem tenent.

XXXVII. Sed cave, ne veſica quoquo modo affecta, ſi hujuſmodi reddiderit urinas, te decipiat; tales enim non ad univerſum corpus, ſed ad ipſam dumtaxat veſicam referri debent.

De vomitu.

XXXVIII. PErquam utilis eſt vomitus, qui bilem pituitæ mixtam habet, ſi neque craſsitie, neque multitudine admodum excedat: nam ſinceræ pituitæ, biliſve vomitus periculoſus eſt.

XXXIX. Si vero viridis, aut lividus, aut niger eſt, quodlibet horum colorum acciderit, vitioſus eſt.

XL. Si vero omnes affatim in eodem appareant, mortis periculum, valde timendum eſt.

XLI. Ad ultima ventum eſſe teſtatur lividus vomitus, præcipue ſi malus in hoc odor eſt.

XLII. Si quidem ſœtores in quovis vomitu mali ſunt.

De

XXXVII. *Veſica*: Adde & *renes*, aliaque vaſa, per quæ tranſit urina. Sæpe namque harum vitio partium, & pinguedinoſæ, & foliaceæ, & carunculis refertæ, & prærubræ, & fœtidæ, cruentæ, & nigræ redduntur urinæ ſine vitæ diſcrimine.

XXXVIII. *Perquam utilis.* Inter vomitus, qui hominibus per febres accidunt utilis is eſt, qui ſic putuitam bili mixtam habet, ut coloris ſit non admodum flavi; neque preterea ſit valde nimius, neque craſsior. Siquidem non is modo vomitus ſincerus eſt, adeoque inutilis, qui flavus ex toto eſt, aut viridis, aut æruginoſus, aut ruber, aut niger; ſed etiam qui ſero, quo ſecundum naturam preditus quiſque humor eſt, prorſus vacat. *Sinceræ.* Quale eſt crudum ovi albumen. *Biliſve.* Cujuſmodi eſt vitellus ovi crudus.

XL. *Omnes affatim.* Id eſt, ſi in eodem vomitu omnes hii colores cernantur.

XLI. *Si malus --- odor.* Vix vomitus eſt, niſi cibi modo ingeſti ſit, qui odore careat. Sed hic malignus intelligi odor debet, qualis eſt in morticiniis putreſcentibus. *Ex Valleſ.*

De ſputo.

XLIII. IN pulmonis,*laterumque* doloribus oportet, ut ſputum celeriter, facileque excreetur.

XLIV. Et *flavum* ſputo vehementer miſceatur.

XLV. Etenim, ſi multo poſt doloris initium, aut *flavum*, aut rufum, aut non ſine multa tuſsi, nec adeo commixtum exſpuitur, vitioſum cenſetur.

XLVI. Quippe *flavum*, ſi ſincerum quoque fuerit, periculum ſubeſſe teſtatur; album vero, viſcidum, & rotundum inutile eſt.

X XLVII.

XLIII. *Laterumque doloribus.* Id eſt, in pulmonum inflammatione, inque pleuritide; nam de his hic agi ex iis, quę ſequuntur, manifeſtum eſt. *Celeriter. facileque.* Id eſt, cito, primoque niſu pectoris, ſive ſputum tuſsi, ſive excreatione ſine tuſsi feratur. Utileque perquam eſt in excreando, extuſsiendoque & levem tuſsim, & mitiorem dolorem eſſe. Sed & in cæteris morbis, qui cum tuſsi, excreationeque affligunt, cujuſmodi humidum aſthma eſt, pulmonum ſuppuratio, empyema, tuberculum, vomica, phthiſis, catarrhus, commodum eſt, ſputum cito, facileque ejici.

XLIV. *Vehementer.* Neceſſe quoque eſt in pleuritide, & peripneumonia, ut flavus in ſputis humor ſit valde permixtus cum albo. Ex quo ſputorum color emergit ſubflavus. Nam, quod intenſe flavum eſt ſputum, inter ſincera reponit *Hippocrates*, reprobatque *num.* 46.

XLV. *Multo poſt.* Sputum quippe per initia apparens morbi, non ejus modo maturat exitum, ſed ſæpe etiam pollicetur ſalutarem.

XLVI. *Album.* Non quale pus eſt album, quod perſæpe laudat *Hippocrates*, ſed qualis catarrhus eſt crudus, viſciduſque, atque alieni coloris expers. Ubi enim in pleuræ pulmonumque inflammatione prodit, ſignum eſt, nocentem materiam in affectis hærere locis, catarrhum vero, quod morbum non facit, ab contiguis ſaniſque pnlmonum locis exprimi, ut quæ continenter inflammatæ, tumenteſque partes comprimunt.

Ac

XLVII. Mali etiam morbi teſtimonium eſt, quod admodum viride, quodque ſpumoſum eſt.

XLVIII. Id vero omni alio deterius eſt, quod ſic eſt ſincerum, ut nigrum quoque videatur. Neque tutum eſt ſputum, quod non expurgatur, nec projicit ipſum pulmo, ſed ob nimiam plenitudinem ſervet in gutture.

IL.

Ac ſi inflammatio tanta eſt, ut ſpirandi difficultas, febriſque, & dolor, & tuſsis, & vigiliæ vehementer urgeant, perpetuoque hujuſmodi ſputum feratur, plerumque æger moritur, interdum etiam in ſuppurationem, cujus exitus anceps eſt ei, morbus tranſit. *Rotundum.* Sputa globoſa, ſive catarrhi ſint crudi, albique, ſive alieno colore perfuſi, ſive etiam puris ſputa ſint, in pleuræ, pulmonumque inflammatione prava ſunt. Sua quippe cuique humori ineſt humiditas, quæ tenuitatem eidem, fluiditatemque impertitur. Si hæc abeſt, fere autem ob febrem ingentem abeſt, quæ eam ipſam conſumit, humores denſantur, inflammatio augetur, ſputumque, aut cum labore, dolore, multaque tuſsi redditur, aut brevi ſupprimitur, magno ægrotantium periculo.

XLVII. *Admodum viride.* Qualis eſt viridium herbarum ſuccus recens expreſſus. Qui perpetuo in pleuritide,ac peripneumonia hujuſmodi ſputum extuſsiunt, fere moriuntur. Ipſeque unum evaſiſſe memini, præterea neminem.

XLVIII. *Nigrum.* Ne te decipiat lucernæ, aut candelæ fumus, qui ſputum ſæpe atramento reddit ſimile, interdum etiam cœruleum. Sputum, quod eloquitur *Hipp.* nigrum, perquam ſimile eſt *caffè* uſto. Hoc quum perſeverat, ſpirituſque difficulter trahitur, & febris, & dolor, & tuſsis, & vigiliæ permanent, lethale eſt. *Non ita pridem mulier interiit, cui hujuſmodi ſputum copioſum erat, inodorumque. Multum ſanguinis excreaverat ob ruptum in pulmone tuberculum.Pulſus erat æqualis. Reſpirandi difficultas, febris, ſitis, vigiliæ, jactatio corporis, mictio parciſsima, urina rubra, craſsiorque, tumor pedum aderat.* Fere autem livido, nigroque ſputum antecedit ſanguineum. Peſsimum porro eſt, ubi ſputum ſanguinem in album, læveque non vertitur. *Quod non expurgatur.* Id eſt, quod exſcreatu potius levi, quam tuſsi ejicitur, ex ſummitate tantum aſ-

IL. In omnibus morbis pulmonis, *gravedo*, ſternutamentumque, ſive præfuerint, ſive ſupervenerint, periculum oſtendunt; quamquam in cæteris morbis vel periculoſiſsimis utilitate non carent.

L. Sputum *flavum*, cui parum ſanguinis admixtum eſt, in morbi principio, inflammato pulmone, projectum, ſecuritatem, atque auxilium pollicetur: quod vero ad ſeptimum uſque diem, longiorive ſpatio tale apparet, non adeo tutum eſt.

LI.

---

aſperę arterię. Sępe maximo cum periculo tenuja ſolum quędam ſputi fragmenta rejiciuntur, craſsiori materia intus hęrente, ac ſtrepente.

IL. * *Koryzees*, * *coryzæ*, id eſt, gravedines, II. *aph*. 40. nomine ait *Celſus* diſtillationem quoque comprehendiſſe *Hippocratem*. Ex quo *Valleſius*, non ſolum gravedinem, pulmonum morbis pręire, & ſupervenire malum eſſe, putat, ſed etiam catarrhum, & raucedinem ſic, ut gravedine ſit pejor catarrhus, longeque catarrho raucedo deterior. *Sternutamentumque*. Quod ſane, pulmoni inimicum laboranti, quippe quod eundem exagitet, eſſe creditur. At fortaſſe non tam, ob ejus concuſſum, quam ob conſenſum partium, timeri debet; non ſecus; atque vomitus, qui capiti affecto ſupervenit, aut vertigo, capitiſque dolor, laborante ventriculo. Quidam tamen, *Galeno* auctore, in pulmonum morbis, ſternutátiones ad materiam evocandam ciebant. Sed temerariam hanc curandi viam, quę per accidens tantum, ac fortuito prodeſſe valet, *Gorræus* appellat. Nec videt *Valleſius* „ quo tempore in inflammatione pulmonum, ſternu„ tamentum uſui eſſe poſsit, niſi forte abſceſſum aliquem in „ pulmone rumpere opus ſit." Sed & hoc quoque periculo non vacat; quin ſi magnus abſceſſus fuerit, affatimque is ſternutatione excitata rumpatur, animi defectionem inferre valet, & mortem. VII. *aph*. 8.

L. *Sputum flavum*. Tale ſputum flavorubeſcens dicitur; cujus color oritur, quum ſanguis, pituita, biliſque invicem commiſcentur. *Securitatem*. Veruntamen oſtendit eventus, hujuſmodi ſputo fidendum ſemper non eſſe. Nam etſi cęteris ſit longe ſalubrius, tamen poſt primos morbi dies, haud raro immutatur, nec ſemper ſanitatem promittit. *Ad ſeptimum*.

Quo

LI. Omne ſputum, quod dolorem non mitigat, malum eſt. Nigrum, ut ſupra demonſtravimus, peſſimum eſt. Sed longe ſaluberrimum eſt id, quod dolorem placat.

De ſuppuratione.

LII. DOlores in dictis ſedibus, quos neque ſputi purgatio, neque ſoluta alvus, neque ſangui-

---

Quo tempore inutilis materia coqui ſolet, indeque decolorata, aut puri ſimilia prodire ſputa, morbo ad judicationem properante. At ubi ad ſeptimum uſque diem, aut amplius, tale permanet, quale initio morbi ſputum apparuit, morbo ipſo perſeverante, cruditatem ſubeſſe ſignificat, adeoque periculum facit, morbo autem inclinato, ſæpe bonam valetudinem præſtat. *Cuidam mulieri ſputum hujuſmodi exporrigebatur in dies amplius viginti, ſoluta jam pleuritide, ſummotoque omni prorſus dolore, atque adeo alacritate, ſomno, fame, coloreque redeunte. In viro quoque tot ferme dies perſeveraſſe memini, poſt dec eſſum pleuritidis.*

LI. *Dolorem placat.* Inſuper levari eo febrem neceſſe eſt, ſpirandique difficultatem minui, &, ſi qua ſunt mala ſigna, removeri. Quippe his perſtantibus, urgentibuſque, aut doloris reditus, aut delirium, aut mors quoque timeri debet. Vix enim eſt dolor, vel in lethali pleuritide, qui decurſu morbi non remittat, interdum etiam intermittat diem unum, aut plures. Si acerbiſsimus in morbi ſtatu movetur, unumque aut duos dies hæret cum gravibus ſignis, fere pars, quæ dolebat, emoritur, finitoque dolore reſpiratio cum ſtertore oritur, hominemque poſtridie, aut biduo poſt, jugulat. Sed etiam mitior dolor plerumque ante mortem quieſcit, quo tempore, fere quiſque æger ſibi relevatus eſſe videtur, anxietatemque non ſentit, qua maxime premitur. *Perrarumque eſt, quod contigit patruo meo ſacerdoti piiſsimo. Quem pleuritide occupatum dolor, qui principio magnus fuerat, deinde ſe tres amplius dies remiſerat ac poſtremo recruduerat, intolerabilis ne morientem quidem deſeruit.*

LII. *Sedibus.* Id eſt, in pulmonibus, & thoracis partibus.

Soluta albus. Sive ſit ſponte ſoluta, ſive infuſis lotionibus, aut ſorbitionibus alvum ducentibus. *Medicamentum.* * *pharma-*

guinis miſsio, neque medicamentum, neque victus ratio ſedare potuit, ſcire licet eos ad ſuppurationem tendere.

LIII. Suppuratio erumpens, ſputo adhuc bilioſo apparente, ſive bilis ſeorſum, ſive una cum pure exſpuatur, admodum pernicioſa eſt.

LIV. Præſertim ſi die morbi ſeptimo incœperit *pus cum* hujuſmodi ſputo procedere.

LV. Itaque timendum eſt ei, qui ſic expuit, ne decimaquarta die moriatur, niſi ſalutiferum aliquod indicium interea ſuperveniat.

LVI. Porro bonæ ſpei ſigna ſunt, ſi æger bene ſuſtinet morbum, ſi facile ſpirat, ſi dolor levatus eſt, ſi ſine difficultate ſcreat, ſi corpus æqualiter molle, & calidum eſt, neque ſitis infeſtet, præterea urina; alvi ſedimina, ſomni, ſudores, ut de ſingulis ſupra demonſtravimus, probe reſpondent; quorum ſi nullum deeſt, haudquaquam æger morietur. Contra: ſi intolerabilis eſt morbus, ſi *reſpiratio magna*, & frequens eſt, neque mitigatus eſt dolor, vix ſputum redditur, ſitis vehementer cruciat, febris inæqualiter corpus afficit: ſi denique ven-

---

maceias, * intellige expurgationes elleboro nigro, peplioque factas adverſus pleuritidem deſcendentem, ſeu eam, in qua dolor coſtas occupat ſpurias. *v. de rat. vict. acut.* 2. *Suppurationem.* Id eſt, vomicam excitant in inflammata parte pulmonum, aut thoracis.

LIII. *Suppuratio.* Id eſt, pus è vomica erumpens, ſputo admodum flavo, quod ante damnarat, perſeverante.

LV. *Niſi ſalutiferum.* Id eſt, niſi plura ſuperveniant ſalutifera ſigna, qualia deſcribuntur *n.*56. nullumque lethale appareat.

LVI. *Magna, & frequens.* Mala eſt in acutis morbis reſpiratio frequens, & parva; mala itidem eſt, quæ cum in eiſdem magna ſit, frequens ſimul eſt; minus tamen quam parva. Magnam, & frequentem ſimul eſſe, negat *Valleſius*, ideoque non magnam, & crebram, ſed ſublimem, & crebram intelligit. At enim cui ſublimis eſt reſpiratio, per quam ſummus thorax, ſcapulæque elevantur, non ſic crebro reſpirat, quemadmodum is

venter, & latera vehementer calent, fronte, manibus, & pedibus frigore affectis; atque urina, & alvi excrementa, & ſomni, & ſudores ſupra propoſitis notis periculum minantur; quidquid horum jam dicto ſputo ſupervenerit, aut nono, aut undecimo die ægrum moriturum ſignificat, ita ut decimum quartum non queat attingere. Hujuſmodi conjectura lethale *iſtud* ſputum conſequi oportet, quod videlicet ad decimum quartum diem ægrum vivere non permittit. Ex prædictis itaque ſignis, tum bona, tum mala perpendere, ac ſubinde futura prædicere oportet.

LVII. Reliquæ autem vomicæ magna ex parte rumpuntur, ſed aliæ in die vigeſimo, aliæ trigeſimo, aliæ quadrageſimo, nonnullæ ad ſexageſimum uſque preveniunt.

LVIII.

---

is qui in reſpirando has eaſdem partes minus elevat. Præterea ſi reſpiratio magna, & ex longis intervallis delirium declarat, I. *præſag.* 27. magna, & ex brevioribus, quæ magna, & frequens eſt, & morbos pectoris, & malam ſuppurationem oſtendet. Cæterum ſi quis legerit: *Magna aut frequens*, non equidem repugnabo. Nam in morbis pectoris, maximeque in ſuppuratione, quæ extra, aut intus in pulmone eſt, uterque ſæpe reſpirationis modus ſeorſim occurrit. Quo quo autem modo reſpiratio in his morbis à naturali ſtatu receſſerit, periculum ſubeſſe teſtatur. *Febris inæqualiter.* Id eſt, febris ſine ordine accedit, & increſcit. *Lethale iſtud ſputum.* Nimirum illud, quod modo bilis eſt, modo puris, modo ſimul utriuſque, cum eo tamen, ut ad idem ſputum ipſum plures malæ notæ accedant, in primiſque difficilis reſpiratio, æſtus ingens, extrema frigida, pulſus imbecillus, nocturnaque vigilia.

LVII. *Die vigeſimo.* Dies non à morbi principio, ſed à principio ſuppurationis ſunt numerandi. Conferunt ad celeriorem ſuppurationem, puriſque eruptionem, ætas juvenilis, regio, ægri temperamentum, & anni tempus calidum, & morbi impetus, & calor aëris, qui in cubiculo eſt.

LVIII. Proinde ſuppurationis initium obſervare oportet, quod ab eo die *faciendum* eſt, quo primum quis, aut febricitavit, aut inhorruit, aut pro dolore, gravitatem illius partis ſenſit, quam antea dolor infeſtabat. Nam talia in ſuppurationum principio accidere ſolent. Ab hoc igitur tempore, uſque ad jam definita ſpatia, vomicarum eruptiones expectandæ ſunt.

LIX. An vero alteram dumtaxat partem vomica occupet, ex his fere notis perpendere licet; ſi alterum la-

---

LVIII. *Quo primum.* Si nulla febris antea fuerit, aut ſi eadem ex toto deſierit ante acceſsionem febris, quam movet ſuppuratio. *Aut inhorruit.* In pleuritide, & peripneumonia, fere febris cum rigore, horroreve non accedit, niſi primo ejus impetu. Si quis igitur poſt ſeptimum, nonum, undecimum, & decimum quartum diem, riget, aut inhorreſcit, nec ſubinde morbus ſudore aliave criſi finiatur, aut admodum minuatur, ab eo, quo id æger patitur die, principium ſuppurationis ducito. Veriſimileque etiam eſt, tum ſuppuratum iri morbum, cum febris exaſperatur, & dolor intenditur, & nocturnæ vigiliæ urgent, & ſpirandi difficultas augetur, & tuſsis increbeſcit, & ſputum ſupprimitur, aut minuitur, & difficilius educitur, aut evaneſcente dolore, delirium oritur. Neque per ea tempora horreſcere, aut rigere æger ſolet, ſed ſolummodo, quum inclinata febris eſt, ex acutaque decedens ad veſperas accedit, noctu increſcit, ſummo autem mane cum ſudore remittit. *Gravitatem.* Confecto pure, quemadmodum febris, ſic mitigatur, & dolor, aut is intermittit, aut hunc ipſum gravitas partis excipit, ſuperveniuntque ſigna alia, quæ infra recenſentur, *n.* 60. *Ab hoc ipſo tempore.* Id eſt, ab eo die, quo quis, aut primo febricitat, aut ſi jam febricitat, primo riget, aut horret; aut ſi ſine his, febris intenditur, morbique accidentia, quæ ſupra propoſui, augentur; numerandi reliqui dies ſunt ad uſque terminum jam definitum dierum 20. 30. 40. 60. quo vomica rumpi ſolet, puſque in thoracis cavitatem effundi.

LIX. *Vomica.* * *Empyeema*, * hic loci non vomica, ſed puris collectio ex vomica rupta, effuſoque pure in alterutram thoracis cavitatem debere, videtur intelligi. Quippe ſuppurata pleuritis, genitaque ſic vomica, nondum tamen rupta oppoſitum

latus dolore cruciatur, & altero calidius eſt; atque ubi in partem ſanam aliquis decubuit, interrogatus, onerari eam veluti ex pondere aliquo reſpondeat; quibus cognitis, in eo latere ſuppurationem eſſe conjicies, cui gravitas incumbit.

LX. Suppuratos omnes hoc pacto deprehendes: ſi febris non dimittit, eaque interdiu levior eſt, noctu increſcit, multus ſudor oritur, tuſsiendi cupiditas eſt, ſed

---

tum latus, dum homo in id ipſum decumbit, nullo ſolet gravare pondere, rupta vero gravare ſemper ſolet. Sæpe quoque puris ſonus fluctuantis auditur, dum æger convertitur. Interdum etiam œdema, ſive tumor mollis, indolens, aquoſus oritur eo in latere, in quo pus continetur. *Dolore cruciatur.* Dolor quoque ſedem puris indicat. Nam dolor partium, inflammationem, puriſque generationem comitatur. Nec pure facto, dolor ipſe finitur ex toto: *n.* 58. ac ne eo quidem in cavum thoracis effuſo penitus conquieſcit. Nam partes, quibus inſidet, vexare pus ſolet. *Cui gravitas.* Id eſt, in eo latere, quod gravat oppoſitum.

LX. *Non dimittit.* Quo tempore ſolet dimittere, nimirum aut 9. aut 11. aut 14. die, eaque ſive noctu, ſive interdiu cum rigore, vel perfrigeratione exacerbatur; ſi dolor perſeverat, & ſpirandi difficultas, & tuſsis ſicca, aut qua cruda ſolummodo exſcreantur, & ſi ſudor interim frequenter oritur, ſuppurari, ſeu in pus verſam eſſe materiam ſignificant. Horum plurima, quæ hic ſuppurationis proponuntur, ſigna ſuppuratis æque convenire ſcias, atque empyis, nec non etiam tabeſcentibus, ſiquidem tam in pleuritide ſuppurata, quam in empyemate, *n.* 59. & phthiſi, nec febris dimittit, nec acuta perſeverat, ſed die levior eſt, ad veſperas vero, noctuve increſcit. Sudor multus oritur febrim non ſolvens, nec dolorem, nec tuſsim, nec ſpirandi difficultatem. Neque quicquam fere excreatur, antequam pus è vomica, aut è thorace in aſperam permeet arteriam. Quo ſi confeſtim, affatimque irruat, fere animi deliquium affert, & vomitionem movet, interdum quoque ſtrangulat; ſin ſenſim illabatur, tuſsi ſubinde ſine periculo ejicitur. *Malæ rubent.* Malæ ſimiliter rubent, tam ſi laborat pulmo, quam ſi collectum pus in cavitate thoracis eſt, aut phthiſis tenet. Cibi quoque

ſed nihil pene excreatur, oculi cavantur, malæ rubent, ungues in manibus curvantur; digiti, maximeque ſummi calent, pedes tument, cibi faſtidium eſt, puſtulæ toto corpore naſcuntur.

LXI. Atque diuturnarum vomicarum hæ ſunt notæ, quibus haud dubia fides adhibenda eſt. Sed quæ breviori ſpatio duraturæ ſunt, *ſic indicantur*: *ſi quid eorum appareat*, *quæ inter initia fiunt*, ſimul ſi ſpiritus majori cum difficultate trahitur.

---

que faſtidium fere convenit tribus hiſce morbis, non minus quam calor, qui potiſsimum volam manus occupat, interdum etiam digitos, extremaque eorundem. *Ungues in manibus.* Curvatio unguium, quæ in manu ſunt, quæque etiam in pede, & pedum eorundem tumor, & oculorum cavitas, quum jam corpus, protracto morbo, extenuari incipit, in empyis apparere ſolent, non tamen ſolummodo in iis, qui ex phthiſi tabeſcunt. Etenim pleroſque ante quadrageſimum diem poſt ruptam vomicam, atque adeo ante phthiſis ortum, V. *aph.* 15. vidi empyios his ſignis fuiſſe præditos; quorum nonnulli etiam intra tale ſpatium, longiuſve intervallum ſervabantur, ſive urinis multis craſsiſque, ſive maxime pure tuſsi ex ore rejecto, albo, æqualique, & lævi. *Puſtulæ.* Maculæ ſunt, quas equidem vidi, modo rubræ, modo lividæ, ſemper autem confitæ, periculiſque, quibus malignis quibuſdam in febribus, ſcorbuticiſque morbis, interdumque etiam in tertianarum acceſsione febrium, quæ ex toto intermittunt, cutis fædatur univerſa, perquam ſimiles. Perraro tamen eæ ipſæ occurrunt, nec equidem in magna ſuppuratorum, empyiorumque numero, niſi ter eas, quaterve vidi. Verumtamen ne unum quidem mihi contigit vidiſſe ſervatum eorum, qui hiſce maculis conſpergerentur, licet multum puris exſcreaſſent.

LXI. *Diuturnarum.* Collectione, puris antiquæ innoteſcent ſignis, quæ ultimo loco proponit *Hipp.* recentiores vero iis, quæ principio propoſuerat, nimirum, ſi febris non dimittat, ſi cum perfrigeratione invadat, ſi ſit noctu gravior, & ſudor frequens oriatur, & inanis tuſsis, & loco doloris, gravitas percipiatur, & ſpirandi difficultas major, non ea, quam ante habuerat, ſed quam is habet, qui ex ſimili morbo convaleſceret, ſine ſuppuratione.

LXII. Celeriorem tardioremve eruptionem ita conjicies: ſi protinus ab initio *dolor*, & tuſsis fuit, & ſpiritus difficultas, atque ſputi excretio, vomica intra vigeſimum diem erumpet. Si vero non adeo vehemens fuerit dolor, cæteraque illi ex proportione reſpondeant, ſerius ruptura ſequetur: quo tempore, & dolorem, & ſpirandi difficultatem minui, atque ſputi excreatum increſcere, ante videlicet puris eruptionem, neceſſe eſt.

LXIII. Cæterum à periculo tuti ſunt, quibus eadem die, qua eruptio facta eſt, febris conquievit, deſieruntque urgere cibi faſtidium, & ſitis: alvus exigua quædam, & figurata reddit, pus album, læve, ſimplici colore, & ſine pituita eſt, atque ſine dolore, levi tuſsìcula, ejicitur. Hæ ſunt notæ perquam ſalutares, quæ celeriter liberant hominem. Ab his ſecuritatem pollicentur, quæ ad ipſas proxime accedunt. At certum periculum eſt, ſi febris non conquievit, aut poſt quietem repetit. Item ſi ſitis eſt, ſi cibi faſtidum, ſi venter liquidus, ſi pus eſt lividum, aut ex *viridi* pallidum, ſi nihil niſi ſpumantem pituitam æger excreat. Itaque ſervari

---

LXII. *Eruptionem*. Id eſt, diſruptionem tumoris in pus verſi, quem vomicam dicimus; cujus ſubinde diſruptionem puris ſputum ſequitur. *Dolor*. Sive acutus; dolor, & pungens, ſive gravitatis ſenſus, * *ponos* * enim utrumque ſignificat; quo hæc fuerint moleſtiora, eo citius diſruptio ſequetur. Fere enim dolori ſenſus gravitatis ſuccedit, & huic viciſsim ſæpe dolor, uſque ad diſrumptionem vomicæ. *Sputi excretio*. Id eſt, ſputi crudi, viſcidique ob compreſsionem pulmonaris ſubſtantiæ factam ab increſcente vomica. *Increſcere*. Quo plus augetur vomica, eo copioſior excreatio eſt: ſæpe aliquot horis, interdum etiam integro die, ante diſruptionem, quam fere vomitus, & animi deliquium excipit, ſputa pure pauxillo infecta prodeunt.

LXIII. *Conquievit*. Aut certe levata febris eſt: nam quibuſdam interdum extenuata producitur ad dies aliquot ſine metu, dummodo ſitis, dolor, tuſsis, vigiliæ, faſtidium cibi, aliaque ſimiliter deſinant, aut maxima ex parte minuantur. *Si pus eſt*

vari non poſſunt, quibus omnia hæc accidunt: quibus vero non omnia, alii quidem moriuntur, alii vero poſt longa temporum intervalla, ſani evadunt. Ex omnibus autem jam propoſitis conjecturis reliquarum quoque affectionum ſigna conſiderare oportet.

De abſceſsibus.

LXIV. Quibus ob laborantem pulmonem abſceſſus ſecundum aures oriuntur, & in partibus infernis ſuppurantur, ac *fiſtula facta aperiuntur*, iis ſecunda valetudo contingere ſolet.

LXV.

---

eſt lividum. Si pus, ſi catarrhus, ſi alia materia quælibet, ſive ſpumans, ſive craſſa, ſive tenuis, perliquidave ſit, admodum fœtet, mortiferum eſt, in ſuppuratis, atque empyis, niſi cito finiatur, quod pluribus experimentis didici.

LXIV. *Et in partibus.* Sic quidem habet *Aldinus Codex*, unde intelligas abſceſſus ſecundum aures ortos, & diſruptos in parte declivi eorundem. At *Gal.* hanc ſequitur lectionem: * *ee es ta catoo chooria*, * *vel ad inferiora loca*; ut ſenſus ſit, nonnullos inflammatione pulmonum laborantes liberari ſuppurato, & rupto prope aures abſceſſu; aut eodem in inferioribus partibus excitato, uti in immo ventre, in inguinibus, in cruribus, diſruptoque ſic, ut fiſtulam efficiat. Hunc locum illuſtrare alter videtur poſſe, ubi legitur, *n. 67.* peripneumoniam juvari abſceſſu orto in cruribus, ſive is ipſe abſceſſus in tumore, ſive in dolore conſiſtat crurum. Huic igitur morbo auxilio eſſe poteſt cum abſceſſus ſecundnm aures natus, tum etiam in partibus ſi fiat infernis, ac potiſsimum in cruribus: eoque magis ſi ex eo pus effluat. Nec enim ex textu plane conſtat, nec neceſſe eſt ad acutum morbum ſolvendum, ut in fiſtulam ulcus abeat. Tales porro abſceſſus in peripneumonia naſci, inſolens eſt; nec eos ipſe longo uſu artis, magnaque horum morborum frequentia his in locis adhuc vidi genitos. Duas, treſve, ni fallor, obſervationes abſceſſuum, qui in cruribus aperti pulmonum morbum depulerant, dudum legi apud nuperum ſcriptorem Gallum.

LXV. In quibus hujuſmodi notas obſervabis: ſi febris non conquieſcit, neque dolor mitigatur, ſi ſputum non pro ratione ejicitur, ſi alvus, neque bilioſa, neque liquida, neque ſincera excernit, *neque urina permulta eſt cum copioſo ſedimento*, ac reliqua quoque ſigna omnia ſecuritatem polliceantur, ejuſmodi abſceſſus expectandi ſunt.

LXVI. Qui aliis quidem eveniunt in partibus infernis, ſi quodammodo inflammata fuerint præcordia, aliis vero in ſuperioribus, ſi præcordia *ſunt mollia*, neque dolore infeſtantur; ſed accedit pro tempore ſpiritus difficultas, quæ deinde ſine ulla evidenti occaſione quieſcit.

LXVII. In vehementi, periculoſaque peripneumonia, non inutiliter in cruribus naſcuntur abſceſſus; nec poteſt aliud quidquam melius accidere, præſertim ſi mutato ſputo ſic appareant; ſive enim tumor, ſive dolor ſentitur, ſputo *flavo* in pus jam converſo, excretoque, tutiſsimum id indicium eſt. Nam & æger à periculo

---

LXV. *Liquida.* Id eſt, bene ſoluta, & facile fluentia. *Sincera.* Id eſt, unius tantum evacuati humoris ſpeciem habentia, & aliis humoribus impermixti. *Expectandi.* Præſertim ſi dolores partem ante occupaverint, aut nunc occupent, ubi fieri abſceſſus ſolent; nimirum prope aures, aut in inferioribus partibus. Cumque, præſertim apud nos, rariſsimus hic caſus ſit, uti dictum nota præcedenti eſt, cave, ne abſceſſum temere inconſiderateque præſagias.

LXVI. *Infernis v. text.* LXIV. *Quodammodo inflammata.* Quod indicat hypochondriorum tenſio, elevatio, calor, aut dolor. *Sed accedit.* Quo tempore materia ſurſum movetur, obiter infert difficultatem *ſpirandi*, quæ ſine cauſſa evidente ceſſat, hoc eſt, ſine ope medica, aut notabili evacuatione, *Holler.*

LXVII. *Abſceſſus. De his v.* IV. *aph.* 31. Hic de illis ſermo eſt, qui vel tumorem in ea, quam occupant parte, excitant, vel dolorem tantummodo creant. *Vid. num.* 64. *In pus jam converſo.* Id eſt, ex flaveſcenti facto albo, lævi, & æquali, quod concoctionis ſignum eſt, ſputa enim ſunt cocta, quæ ſunt

culo liberatur, & abſceſſus doloris expers, celerrime conquieſcit. At, ſi neque ſputum probe excernitur, nihilque reſidet in urina, quod bonam ſpem fulcire videatur, ne ex eo articulo claudicet æger, vel plurima certe ſuſtineat negotia, periculum eſt.

LXVIII. Si vero *ſubſidunt* abſceſſus, *atque intro recurrunt*, non prodeunte ſputo, ac perſeverante febre, gravis timor eſt, ne delirium ſubeat æger, aut moriatur.

LXIX. Sane ex ſuppurationibus, quas pulmonum morbi concitarunt, fere ſeniores moriuntur; ex cæteris junioribus.

LXX. Lumborum, inferiorumque partium dolores, quibus febris quoque accedit, ſi ad *diaphragma* trnſeunt, relictis inferioribus, admodum pernicioſi ſunt; ani-

---

ſunt ſimilia puri, *de rat. vict. acut. Probe.* Id eſt, celeriter, facileque. *Quod bonam ſpem.* Qualem præſertim promittit ſedimentum album, læve, & æquale. *Claudicet.* Quia abſceſſus, qui fiunt ad crura, *fere cruris* articulos occupant. *Vel plurima.* Id eſt, vel ea parte diutius, & vehementius laboret.

LXVIII. *Subſidunt.* Id eſt, repente detumeſcunt. *Intro recurrunt.* Id eſt, refluunt in eadem loca, unde venerant; cujus ſigna ſunt, ſubita doloris, vel tumoris occultatio, febris vel aucta, vel eadem manens; humor, *ideſt ſputum*, nec concoctus, nec excluſus, & acerbiorum ſymptomatum ſucceſſio, cujuſmodi deliria ſunt, aut ſopores, angina, ſtrangulatũs. *v. Jacotius.*

LXIX. *Seniores.* Quicumque in ſenii gradu fuerint conſtituti: ex cæteris inflammationibus juniores magis, quam ii, qui *crudi ſenes* appellantur, nimirum ab anno 50. ad 67. quippe qui febribus acutis, deliriis, & doloribus minus infeſtantur, quam juvenes.

LXX. *Diaphragma * phrenes ** proprie mentem ſignificat, *Gorræus*: & * *phrenoon apſin*, * *mentis emotionem* vocat *Hipp.* Hinc rectius fortaſſe legeris: Lumborum, inferiorumque partium dolores, ſi, accedente quoque febre, occũltati mentem perturbaverint; aut mortem inferunt, aut ſuppurationem movent in ea parte, quæ ante delirium doluerat. Sic ſurarum dolo-

animadvertenda tamen reliqua quoque indicia ſunt; ſi enim periculoſum aliquod ſignum acceſſerit, hominem à ſpe deponit.

LXXI. Quum uruntur ſuppurati, ſi pus fluxerit purum, candidum, & ſine fœtore, ſervantur: ſi vero ſubcruentum, cœnoſumque pereunt. Si ad *diaphragma* malum aſcenderit, nullo reliquorum ſignorum periculum oſtendente, futuræ ſuppurationis indubitata ſpes eſt.

Ex veſica notæ.

LXXII. VEſica dura, dolens, grave periculum, & lethale comminatur; idque *maxime*, ſi continua quoque febris acceſſerit. Nam veſicæ dolores validam necandi vim obtinent: quo tempore alvus etiam nihil reddit, niſi dura quædam, ac ne ea quidam, niſi cogatur.

LXXIII.

---

lores mentem emovent. *v. coac. & prædict.* Sic *Crito*, ex digiti pedis dolore ingenti deliravit, & periit. Sic *Calvus* occultato femoris dolore, in delirium incidit, & mortuus eſt acutiſſime. *v. epid.* Cæterum & de diaphragmate, ſeu ſepto tranſverſo, vera poteſt eſſe ſententia. Quippe morbum humor faciens lumbis, inferioribuſque relictis partibus, poteſt eas, quæ in pectore ſunt, invadere, ibique loci ſuppuratiouem movere.

LXXI. *Quum uruntur.* Hæc eſt interjecta ſententia, iiſdem fere verbis deſcripta *Sec. VII. aph.* 44. quem vide. *Si ad diaphragma.* Hæc pertinent ad textum *LXX.* cujus extrema verba cum his, quæ ſequuntur ſic ſunt conjungenda: *Si enim periculoſum aliquod ſignum acceſſerit, hominem à ſpe deponit: ſin autem dolores delirium moverint, nullo reliquorum ſignorum periculum oſtendente, futuræ ſuppurationis indubitata ſpes eſt*; nimirum ibi, ubi fuerat dolor: * *empyos* * enim non modo is dicitur, cui pus in thorace, aut pulmonibus, ſed quacumque corporis parte, collectum ſit. *v. Gorræus.*

LXXII. *Alvus etiam.* Nec ſolum ſubſiſtit alvus, ſed urina fere ægerrime excluditur; dolorque, & aliquando manifeſtus tumor eſt in pube. Itaque inflammatione partis, & febre conti-

LXXIII. At vero urina purulenta procedens, in qua reſidet album, & læve, metum detrahit.

LXXIV. Quod ſi ab hujuſmodi urina dolor levatus non eſt, neque veſica mollior effecta eſt, neque febris conquievit, laborantem per primos morbi circuitus moriturum denunciandum eſt.

LXXV. Id vero pueris, à ſeptimo anno ad decimum quintum præcipue, evenire ſolet.

* * * * * * * * *

* * * * * * * *

* * * * *

* * * *

PRÆ-

---

tinua, doloreque excruciante ægrum, quamquam aliquando clementior ſit, periculum grave imminet ægro, ac pauciſsimi evadunt. *Holler.*

LXXIII. *Metum detrahit.* Id perpetuum non eſt. Vidi enim aliquos, qui emiſſa urina purulenta, lævius quidem ad tempus habuerunt: ſed poſtea renata inflammatione, urinaque iterum ſuppreſſa, obierunt. *Idem.*

LXXIV. *Per primos.* Nimirum quarta die, aut ſeptima. Siquidem morbi ſunt acutiſsimi, horrendaque accerſentes ſymptomata, nimirum convulſiones, rigores, tremores, deliria, vomitus, ſingultus, extremarum partium, cum internarum æſtu, ſitique inexplebili, frigiditates, inordinatoſque, ac frequentes, & imbecillos pulſus. *Vid. Aretæum.*

LXXV. *A ſeptimo anno.* Nam per hanc ætatem facile calculus in veſica gignitnr, qui acutas ſæpe febres, niſi extrahatur, accendit, cruciatuſque ingentes veſicæ, & ulcera, & inflammationes, & gangrenas etiam creat mortiferas.

PRÆSAGIORUM HIPPOCRATIS

LIBER III.

I. FEbres, ſive ſanus ab ipſis quis evadat, ſive pereat, æquali dierum numero finiuntur.

II. Ut enim ſaluberrime febres, quæ videlicet tutiſsimis fulciuntur notis, die quarto, vel antea quieſcere ſolent; ita peſsimæ quæque, & quibus periculoſiſsima adſunt ſigna, die quarto, vel citius interficiunt.

III. Primus itaque earum inſultus ita finitur; alter in ſeptimum diem producitur, tertius in undecimum; quartus in decimum quartum; quintus in decimum ſeptimum; ſextus in vigeſimum. Igitur acceſsiones ipſæ ex acutiſsimis morbis per quatuor in viginti auctæ, finiuntur.

IV. Verum hujuſcemodi ſupputatio per dies integros nimirum fieri non poteſt, quippe quum nec annus, nec menſes ipſi integris numerentur diebus.

V.

I. *Æquali.* Idem eſt, ac ſi dixiſſet: in febribus criſes contingunt iis diebus, nimirum criticis, *aph.* 24. II. quibus evadunt, aut moriuntur homines.

II. *Periculoſsima.* Cujuſmodi ſunt delirium, vigiliæ, ſpirandi difficultas, ſitis vehemens, acutus dolor, convulſio, & præ cæteris anxietas perſeverans eum extremarum partium perfrigeratione, ob quam æger continenter artus huc, illuc dejicit, poſitumque corporis aſsidue mutat.

III. *Primus.* Nimirum primus febrium circuitus die tertio, aut quarto finitur. *Per quatuor.* Id eſt, acceſsio, ſive circuitus morbi perquam acutiſsimi, tertio, aut quarto die finitur; acutiſsimi ſeptimo; perquam acuti undecimo; acuti ſimpliciter decimoquarto, acuti non exacte decimo ſeptimo, aut viceſimo.

IV. *Fieri non poteſt.* Nam, ſi per dies integros acceſsiones fe-

V. Deinde eadem ratione, atque additione, primus circuitus ad quatuor, & triginta, alter ad quadraginta, tertius ad ſexaginta dies perveniet.

VI. Sed hujuſmodi morbos, qui longiori ſpatio finiri debent, ab initio perquam difficile eſt diſcernere, quod ſimillima ſint eorum principia. Animadvertere tamen à prima die oportet, atque ſingulos dierum quaterniores obſervare; ſic enim aut obſcure ſcies, quo ſe converſurus ſit morbus.

VII. Ac quartanæ quoque conditio hunc ſervat ordinem.

VIII. Morbi autem tempore breviſsimo finem attingen-

Z gen-

---

febrium ſuppurari deberent per quatuor in viginti auctæ dies, critici eſſent dies 4. 8. 12. 16. 20. non vero 4. 7. 11. 14. 17. 20.

V. *Primus circuitus.* Febrim ſcilicet, quæ ex acutis decidunt, quæ, ſimiliter per dies non integros ſuppurando, judicantur primo circuitu, nimirum 34. die, altero circuitu die 40. non autem 41. tertio circuitu die 60. non autem 61. Si eadem ratione atque additione, nimirum per quatuor dies proceſſeris in acutis, & in his, qui ex acutis decidunt, morbis, ſuppurando dies emergent 4. 7. 11. 14. 17. 20. 24. 27. 31. 34. 37. 40. 44. 47. 50. 54. 57. 60. Sin autem per ſeptenarios dies pariter non integros ſuppuraveris, habebis dies 7. 14. 20. 27. 34. 40. 47. 54. 60. inter quos *Hipp.* ſolum nominat dies 34. 40. & 60. quod fortaſſe, qui ex acutis decidunt, his præſertim diebus judicari morbos noverit.

VI. *Longiori ſpatio.* Nimirum morbi, qui vigeſimum diem ſuperantes dicuntur ex acutis decidere (quippe quia acutorum terminus quatuordecim dies ſunt, interdum etiam viginti, aut unus, & viginti) exporriguntur que in dies 30. 40. 60. & amplius quoque aliquando. *Quaterniores.* Id eſt, animadvertendi ſunt quaternarii dies ſinguli; nimirum 4. 7. 11. 14. His namque potiſsimum mutationes fiunt, quæ brevem, longumque morbi exitum declarant.

VII. *Hunc ſervat.* Id eſt, per quatuor movetur dies.

VIII. *Ab initio.* Si morbi initium primos morbi dies intellexeris, ſcias, plures lethales morbos, nec dolorem initio ingen-

gen-

gentes facilius dignoſcuntur, utpote qui maximis protinus ab initio diſtinguuntur differentiis; ſiquidem ad ſanitatem tendentes facile ſpirant, non dolent, dormiunt noctu, ac reliqua quoque ſigna maximam eis ſecuritatem pollicentur.

IX. Perituri vero difficulter ſpirant, delirant, vigilant, cæteraque id genus peſsima ſigna eis accedunt.

X. Igitur (his ſic ſe habentibus) morbos ad judicium tendentes conjectura conſequi oportet, & ex tempore, & ex ſingulis additionibus.

XI. Ita eadem quoque ratione in mulieribus morborum judicia à partu numeranda ſunt.

XII.

---

gentem, nec ſpirandi difficultatem, nec vigiliam comitari; contra ſæpe ſalutares morbos incipere cum acutis doloribus, vigilia, aut delirio. Igitur aut morbi initium erit totum illud tempus, quo materia adhuc cruda eſt, aut reliqua ſigna erunt per initia morborum animadvertenda, ſiqua aderunt, quæ certius præſagium reddant.

IX. *Perituri.* Non eſt neceſſe ad mortem inferendam ſimul delirium concurrere, & ſpirandi difficultatem, & vigiliam; ſed unum horum ſufficit, ſi cum acuta febre, aliiſque lethalibus ſignis continenter afflixerit: quin, ſi id quoque intermiſerit, occidet, ſi vires fractæ fuerint vehementia morbi.

X. *Ex tempore.* Id eſt, protinus conjiciendum eſt, an ſalutaris, vel lethalis ſit morbus, brevis futurus, aut longus; conjecturaque procedendum in ſingulis quaternariis diebus, uſque dum judicetur morbus.

XI. *Morborum judicia.* Id eſt, qui cum febre ſunt, mulieresque quæ pepererunt, aut fœtum perdiderunt, occupant, iiſdem diebus, quibus cæteri morbi finiri ſolent, ſolventur nimirum 4. 7. 11. 14. 17. 20. 30. 40. &c. numerandi dies erunt à partus die, utique ſi febris, quæ poſtridie, aut tertio, quartove poſt partum die, fereque cum rigore horroreve accedens ab utero proficiſcatur, phlogoſi, id eſt, ardore, aut inflammatione laborante. Id autem uteri dolores, lumborumque acuti & perſeverantes indicant, uterique purgamina, aut ex toto ſuppreſſa, aut admodum imminuta, regio uteri longe durior

tu-

XII. Capitis in febre vehementes, perpetuique dolores, accedente lethalium notarum aliqua, valde ſunt pernicioſi: Si vero nullo tali ſigno apparente; diem vigeſimum dolor exceſſerit, neque febris conquieſcat, ex naribus ſanguinis fluorem, aut in partibus inferioribus abſceſſum expectabimus. Similiter dolori etiam recenti ſanguinis profuſio ex naribus, aut ſupuratio ſupervenire ſolet, præcipue ſi dolor & tempora, & frontem infeſtaverit.

XIII.

---

tumidiorque, quam ante, eſt; manuque contrectata vehementer dolet. Si hæc abſunt, uteruſque ſine vitio, ſine dolore eſt, contrectatuſque indolens, molliſque deprehenditur, ejuſque purgamenta copia qualitate, tempore, modoque convenienti feruntur: non à partu, qui culpa caret, ſed à primo febris impetu dies numerare incipies, ut, quo dierum ſpatio ſolvendus morbus ſit, recte conjicias.

XII. *In febre*. Etiam ſine febre interdum capitis occidit dolor. *Mulieri gravidæ hemicrania laboranti oculi pervertebantur poſt menſem. Convulſiones etiam ſæpe incidebant, & vertigines ſine febre, &, quo partum die eliſit, medicis obiit inopinantibus*. Dolor capitis, itemque vertigo, crebra cum vomitione inanique invadens brevi plures apoplecticorum more ſuſtulit. *Non paucos quoque novi, qui ex magno capitis dolore poſtridie vocem amiſerant, dementeſque continuo facti decimo undecimoque extinguebantur die. Quatuor horum ſecui cadavera; inque ſingulis anteriores cerebri ventriculi ſero limpido replebantur.* *Lethalium*. Cujuſmodi eſt delirium vehemens, difficilis ſpiratio, pulſus intercidens, deficiens, urina nigra, perturbata, aquoſa, vocis privatio, dentium ſtridor, oculi perverſio, rubor faciei cum tumore, aſsidua vigilia, vomitus frequens, convulſiones, artuum tremores. *Sanguinis fluorem*. Quamquam ante viceſimum, atque adeo ſeptimo *die*, vel prius, hæmorrhagiæ fiunt magis, poſt ſeptimum ſanguinis quoque, & puris vacuatio: poſt *viceſimum*, minus quidem hæmorrhagia expectari poteſt, ſuppuratio magis, & abſceſſus. *Holler*. *Præcipue*. Dolor capitis acutus circa frontem, & tempora ſanguinem, aut pus prænunciat: labor vero in parte aliqua inferiori corporis, illuc abſceſſum fore declarat. *Idem.*

XIII. Maxime vero ſanguinis fluxio expectanda eſt in juvenibus, qui quintum & trigeſimum annum nondum ſuperaverunt; nam majoribus natu ſuppuratio fere oritur.

XIV. Auris dolor acutus cum febre non intermittente, vehemantique, grave periculum minatur; nam, & mentem turbat, & hominem rapit. Quum igitur *his fallax ſit modus*, à primo protinus die omnibus ſignis accurate animum adhibere oportet.

XV. Nam ex eo caſu juniores quidem intra ſeptimum diem, ſeniores vero multo tardius moriuntur: quip-

---

XIII. *Maxime vero.* Florentibus quidem annis hæmorrhagiæ fiunt magis, & fluxus puris, *ex naribus, aut naribus*: declinantibus abſceſſus. *Idem.* At ſi nec ſanguinis profluvium è naribus, nec puris eruptio ex iiſdem, aut auribus, nec abſceſſus ad inferiora fiat, non protinus eſt deſperandum; ſolvitur enim dolor interdum, & menſium in mulieribus eruptione, & ſputis multis puri ſimilibus, & alvi profluvio, & abſceſſu ad veſicam mejendi difficultatem faciente, & tumore prope aures aborto, ut in *coac.* legitur, aut ulcerum eruptione.

XIV. *Auris dolor.* „ Aurium inflammationes, doloreſque interdum ad dementiam, mortemque præcipitant" *Celſ.* ex eiſque multos ægros, & delirare, & derepente quoſdam etiam mori, perinde atque apoplecticos, obſervante. *Jacotio. Cum fere. Hac ſine magnus auris dolor virum tenebat, ſanguis bis detrahebatur è vena. Exemplo, miſſo ſanguine, vocem amiſit, itemque ſenſuum uſum omnium. Secta rurſum vena nihil levabatur, quartoqae die morbi periit. Juveni ex vehementi auris cruciatu eodem die ſuppuratio fiebat, puriſque multum albi effluebat ex aure, deſiitque dolor acerbiſsimus eo ipſo die. Fallax.* De morte pronunciandum ante non eſt, quam alia ſigna in exitium ægri conſpirent, quæ videlicet oſtendant humoris, febris, & inflammationis *malitiam*; ut vires præter naturam infirmæ, urinæ crudæ, aut confuſæ; vigiliæ, deliria, dolor totius capitis, & ſimilia. *Jacot.*

XV. *Niſi pus candidum.* Id eſt, album, læve, & æquale. *In coacis* ſcribitur: niſi pus multum. Liberantur & copioſa ſangui-

quippe qui non æque magnas *patiuntur* febres, neque adeo inſaniunt; proinde ſuſtinere poſſunt, donec ſuppuretur affectus. Quod ſi morbus hac in ætate revertatur, maxima ex parte interficere ſolet. Sed juniores, antequam auris ſuppuretur, pereunt, niſi pus candidum ab ea defluens ſecuritatem polliceatur; præſertim ubi ſalutarium quoque ſignorum aliquod apparet.

XVI. Neque leviter terreri debemus, ubi febricitanti fauces exulcerantur: cui ſi aliud quoque ex malis ſignis, quæ ſupra declaravimus acceſſerit, in periculo hominem verſari denunciandum eſt.

De angina.

XVII. Angina periculoſiſsima eſt, celeriterque enecat, ſi neque in faucibus, neque in

---

guinis è naribus profuſione, quamquam nec ipſa omnino tuta eſt, quod ſæpe ſymptomatica ſit vi febris, aut inflammationis. *Idem. Præſertim.* Quaſi dicat: „nec inde certa ſalutis ſpes „eſt, niſi alia ſigna ſalutaria conſentiant, ut delirii, ac febris „remiſsio, ſomnus *auctus*, & ſuavis, urinæ coctæ, pulſus con„ſtans, ſpiratio libera.“ *Idem. Nonnullos vidi fluente licet pure eoque albo fuiſſe ſublatos, malis perſeverantibus ſignis. Vidi quoque, quem ſervaſſet delirantem acuteque febrientem conſtitutum in Eccleſiaſtica dignitate virum, non tam puris fluxus ex aure, quam ejuſdem puris ingens eruptio prope aurem dolentem, ubi tumor repente exoriebatur apariebaturque, facta.*

XVI. *Malis ſignis.* Qualia ſunt urina cruda, aut vitioſa, delirium, difficilis ſpiritus, pulſus infirmus, intercepta deglutitio, & ſimilia. *Idem. In periculo.* Ego teſtari poſſum, *inquit Valleſius*, me ſignum hoc *nempe faucium exulcerationem*, magni facere, vidiſſeque multos, quibus febris ardens jam videbatur inclinare, cum hac affectione perire: quod accedit graviſſimum, eſt faſtidium quoddam maximum, adeo ut nihil poſſint accipere, ſed potum etiam deteſtentur, quamvis exurantur.

XVII. *Faucibus.* Id eſt, lato illo ſpatio, quod dum aperitur os, & deprimitur lingua inſerius apparet, ubi gemina ora ſunt,

in cervice quicquam apparet: ſi dolor vehemens eſt, ſi vix ſpiritus trahitur; etenim eodem die jugulat, licet interdum uſque ad ſecundum, aut tertium, aut etiam quartum protrahatur.

XVIII. Quæ vero in reliquis quidem non minori dolore afficit, in faucibus vero tumorem, ruboremque excitat, ſuperiori non minus periculoſa eſt; ſed longius ſpatium habebit: præcipue ſi vehemens fuerit rubor.

XIX. Sed tum præcipue malum prolungatur, quum non ſolum fauces, ſed cervicem quoque rubor occupat. Ma-

---

ſunt, videlicet: œſophagi, & laryngis. *Cervice.* Rectius, *collo. Hipp.* enim modo * *aucheena*, * modo * *ton tracheelon*, * *collum* appellat, huncque debere intelligi apparet ex *aph.* 37. VI. ubi *Hippocratis* * *too tracheeloo*, * *collo* utitur, ut tumoris locum indicet. *Quicquam.* Id eſt, ſi nullus tumor, ruborque effatu dignus in faucibus, collove appareat, qui in reliquis mitioribus anginis tonſillas occupat in faucibus ſitas, collique muſculos è regione tonſillarum. Ubi igitur nihil effatu dignum his in locis apparet (nam aliqualis rubor non poteſt abeſſe à faucibus vel in hac ipſa angina ſæviſsima *judicio Valleſii*, ob vicinarum partium inflammationem, ſtrangulationemqne (angina appellatur latens, quæ ſtatim, notante eodem *Valleſio*, privat hominem voce, hiareque facit, & reſpirare diſtenta cervice. *Si vix ſpiritus.* Quum ob metum ſuffocationis æger ſe ſe erigit ad reſpirandum, thoracem vehementer elevans in attrahendo aërem, & narium pinnas movens.

XVIII. *Quæ vero.* Id eſt, quæcumque vero ſimilem *laborem* pariunt: id eſt, ſimilem dolorem, ſimilemque fere reſpirandi difficultatem, quorum cauſſa plerumque intereunt, quamquam tardius quod hæc mala diutius ſuſtineant propter faucium tumorem, ruboremque. Primum anginæ genus numquam vidit *Cardanus*, ſecundum hoc raro apparere ſcribit in regionibus noſtris: ſeque duos hoc morbo ſublatos audivit Mediolani: ipſe duos vidi. Accidit frequenter in peſtilentia, malignisſque morborum conſtitutionibus primum, & alterum anginæ genus.

XIX. *Si rubor.* Cum eo tamen, ut hujuſmodi rubor reſpirandi difficultatem, dolorem faucium, & febrim minuat: contra,

Maxime vero poteſt ab ea ſecunda valetudo contingere, ſi rubor ſimul & *collum*, & pectus comprehendat, neque ad interna revertatur eryſipelas.

XX. Quum vero deletur eryſipelas, ſed non in decretoriis diebus, neque in exteriores partes convertitur tumor, neque pus ſcreat æger, ſed levis, & à dolore immunis videtur; id aut mortem ſignificat, aut dolorem *reverſurum*.

XXI. Tutius eſt, & tumorem, & ruborem in externas maxime partes converti; ſi vero ad pulmonem converſio fiat, dementiam excitabit, quamquam nonnulli ſic affecti magna ex parte ſuppurantur.

XXII.

---

tra, ſi hæc perſeveraverint, aut inde increverint, ſignum erit, tantum eſſe ad fauces humorum confluxum, ut ad externa quoque regurgitent. *v. Valleſius.*

XX. *Decretoriis.* Id eſt, criticis, *aph.* 24. II. qui bonis ſignis fiduciam malis metum addunt. *Mortem.* Si cætera perniciosiſsima ſigna reſponderint, uti virium infirmitas, pulſuum pravitas, extremorum refrigeratio, jactatio, vigiliæ, ſudores particulares, aut frigidi. *Dolorem.* Plura exemplaria legunt * *tou erithreematos* * *ruboris*, non doloris reditum.

XXI. *Converſio.* Quam colligere eſt, non modo ab allevatione doloris, & ſtrangulatus faucium, ſed etiam à rubore genarum, pectoris gravitate, atque anguſtia, pulſuque duro, inordinato, atque inæquali. Qui ſic affecti ſunt, ii ſtatum 4. aut 5. vel ad ſummum 7. die moriuntur. Si vero hos dies effugerint, ſuppurantur. *v. aph.* 10. V. *& comm. Holler.* niſi tamen fiat pituitæ excreatio, ut *in coacis* legitur, quod tamen vix umquam locum habet, niſi in morbo leviſsimo, & materia admodum benigna, annotante *Jacotio*. *Dementiam excitabit.* Id eſt, delirium movebit, quod fere à ſuppuratione proficiſcitur, in quam humor vertitur è faucibus in pulmones illapſus. *Suppurantur.* Suppuratio quoque periculo non caret, niſi febrim, ſitim, vigilias, ſpirandique difficultatem tollat, aut certe plurimum minuat, vires conſtent, puſque facile extuſſiatur, ſitque læve, æquale, album. Periclitantur maxime ſenes; nec evadunt juvenes, ſi frigido ſudore, aut inutili diffluant,

XXII. Gurgulio, ſi cum rubore tumeſcit, ſine periculo præcidi non poteſt; etenim inflammatio, ſanguiniſque profuſio ei accedit. Proinde ſatius eſt aliis quibuſdam auxiliis uti, quibus extenuari poſsit: Quum vero pallidior efficitur, uva nominari ſolet; quod ſi tum imma ejus pars craſſa, & rotunda, ſumma vero tenuis videatur, intrepide præcidi debet. Satius tamen fuerit, antequam manus adhibeatur, alvum vacuare, ſi tempus id ita permittat, ut interim ſuffocatio hominem non præoccupet.

XXIII. Quibus febres, neque ſalutaribus notis apparentibus, neque in diebus decretoriis conquieſcunt, ii reverſionem timere debent.

XXIV. In longa febre, ex qua tamen æger liberari poteſt, ſi neque ob inflammationem, neque ob aliam ullam

---

fluant, ſi pus fuerit pravum, ſpumoſumque, ſi vigiliæ urgeant, ſi ſitis, ac æſtus infeſtet, ſi ſpiritus difficulter trahatur, ſi pulſus fiat imbecillus, aut alvus cita. Apud nos benigniores ſunt anginæ, fere in inflammatione tonſillarum conſiſtunt, quibus primis quatuor, aut ſequentibus aliis quatuor diebus diſruptis, aut ſcalpello pertuſis, effluxoque pure ſanitas redit. Tumor in collo oritur è regione tonſillæ inflammatæ tumentiſque: vox ſæpe rauca, febris acuta, vigiliæ, ſitis, calor, dolor ingens, atque deglutiendi difficultas, ſed reſpiratio, in qua maxima ſalutis ſpes eſt, vix à ſtatu naturali recedit.

XXII. *Gurgulio.* Columella. Uvam *Celſus* appellat: caruncula eſt, quæ in fine palati ad fauces dependet inter tonſillas; cujus ante præciſionem, & ſanguinem mitti, & alvum duci expedit. Prius quoque filo pertenui in dies magis conſtringenda eſt, donec gracileſcat, qua parte, aut ſecare, aut ſcarificare, aut urere, conſtitueris.

XXIII. *Salutaribus.* Salutares notæ ſunt manifeſtæ excretiones, aut abſceſſus, præcedentibus coctionis ſignis in urina. *V. aph.* 71. IV. *Decretoriis. v. text.* XXI. Minor tamen eſt ſuſpicio recidivæ, ſi cum ſalutaribus notis ſolvatur febris, quamvis die non critica. *Valleſius.*

XXIV. *Longa.* Quæ viceſimum tranſgreditur diem. *Mani-*

ullam manifeſtam cauſam dolor infeſtat; aut tumidum, aut doloroſum in articulis abſceſſum expectare oportet, præcipue in immis partibus.

XXV. Maxime vero in his ætatibus, quæ triginta annos non exceſſerunt, ejuſmodi abſceſſus naſci conſueverunt, idque in tempore breviori.

XXVI. Non tamen expectandus eſt abſceſſus, donec vigeſimum diem febris præterierit.

XXVII. Is natu majoribus raro accidit, quamvis longo ſpatio duret febris.

XXVIII. Solet etiam continuis febribus abſceſſus ſupervenire. *Intermittens* vero febris, eademque errabunda, in quartanam mutabitur, præcipue ſi autumnus proximus eſt.

XXIX. Atque, ut abſceſſus oriuntur in his, qui triginta annis minores ſunt; ita quartana eos, qui trigeſimum annum, aut agunt, aut exceſſerunt, præcipue corripit.

XXX. Igitur ſcire licet, abſceſſus hieme magis accidere, ſerius finiri, & *minus intro recurrere.*

De vomitione ſpontanea.

XXXI. SI cuipiam in non lethali febre caput dolet, aut ante occulos obſcura quædam ob-

Aa

---

nifeſtum. Cujuſmodi eſt error in victu, mala temporum anni conditio, regio infenſa, pravum domicilium, animi perturbatio. *Aut tumidum.* Id eſt, aut abſceſſus cum tumore, aut dolor expectandus eſt in articulis, iiſque maxime, qui ſunt in parte inferiori, nimirum in femoribus, pedibuſve quos dolor vexat.

XXV. *Breviori.* Id eſt, poſt paucos dies à febris initio, abſceſſus in articulis *fiunt*: ſenioribus rarius, ac tardius. *Cardanus.*

XXVIII. *Errabunda.* Quæ paroxiſmos inordinatos habet: ut qui interdum tertio, vel quarto die fiant, interdum quinto, vel ſexto. *Præcipue.* Nam autumno quartanas febres fieri ſcripſerat. *aph.* 22. III.

XXXI. *Non lethali.* Quippe quum lethalia ſigna adſunt, non vomitus, ſed mors expectanda, præſertim ſi ad hæc rigor quo-

obverſantur, *& etiam oris ventriculi morſus* accidit, is bilem evomet. Si vero *rigor apprehenderit*, & inferiores præcordiorum partes frigore afficiantur, citius ad vomitionem properabit, quod ſi eo tempore quidpiam aut biberit, aut ederit, id quoque quam celerrime evomet.

XXXII. Quibus itaque à primo protinus die dolor ſupervenerit, iis quarto, & quinto die ingraveſcit; mox in ſeptimo liberantur. Sunt non pauci, qui tertio die do-

---

quoque acceſſerit. *v. coac.* *Evomet.* Confirmatur vomitus præſagium, ſi multa, ac tenuis ſpuitio addatur, tremorque inferioris labii. *Gal. criſ. & prorrh. Dolores capitis ingentes aſſiduique hominem interdum vel non febrientem tollunt. Pernicioſiſſima ſigna ſunt vertigo, vomituſque frequens dolorem non ſolvens, maximeque vocis privatio, ſenſuumque. Horum nonnulli perpetuo ſine voce, intelligentiaque interiere die morbi decima, undecimave, v. num. 12. n. nonnulli etiam citius, fere quidem ſine febre uſque ad interitum. Erant qui ad mingendum ipſi ſe cum impetu erigerent. Qui citius moriebantur primum comatoſi fiebant, deinde apoplectici. In horum numero vir fuit nobilis nuperrime extinctus, ætatis annorum 45. Prima die cœpit capite vehementer dolere ſine febre. Secunda decubuit, acceſſitque frequens vomitus dolorem non tollens, neque minuens. Tertia die ſibi pedis venam ipſe per ſe juſſit ſecari, cliſteremque injici. Coma ſequebatur. Quarta die rurſum vigil, mente tamen parum conſtans. Perſeverabat vomitus. Hic ad veſperas ejus diei receſſit, comate redeunte, vociſque privatione ſecuta. Manus levibus concuſſionibus per intervalla tentabantur. Spiritus facilis. Vix quicquam levis ſpumæ interdum circa os apparebat. Æger interim ipſe ſe convertebat, vocatuſque incondita voce aliquando reſpondebat. Nocte, apoplectico modo raptus eſt. Poſt mortem ſanguinis, ſerique multum ex ore, naribuſque fluxit. Remedia non profuere reliqua, fortaſſe quia nimis ſero adhibita.*

XXXII. *Dolor.* Si dolor capitis in acuta febre quarto die maxime ingraveſcat, & quinto, ſolvetur die ſeptimo, quo die, morbi finiuntur acutiſsimi. *v. text. IV.* Si febricitantem dolor capitis tertio die occupet: cum manifeſtum ſit ob febris exacerbationem excitatum fuiſſe dolorem, & quinto die exaſperetur, ſerius quidem, at die tamen impari ſolvetur, ſcilicet

dolere incipiunt, quinto maxime moleſtantur, deinde nono, vel undecimo tuti evadunt. Sed quos dolor quinto die vexare cœperit, & reliqua *pro ratione prioribus* reſpondeant, iis decimo quarto die finitur morbus.

XXXIII. Hæc tum viris, tum mulieribus, ſed in tertianis maxime contingere ſolent. Junioribus vero, cum in iis ipſis, tum præcipue in *peraſsiduis* febribus, & tertianis ſinceris.

XXXIV. Itaque quibus in hujuſcemodi febre caput dolet, oculi vero obſcuras illas imagines non vident; ſed caligatione hebetantur, aut ſplendentia quædam cernere ſe putant: ac *loco morſus oris ventriculi*, in alterutra parte præcordia tenduntur, ac neque dolor infeſtat, neque inflammatio, iis pro vomitu, ſanguis è na-

---

cet nono, aut undecimo. Si demum quinto febris die invadat, dolor, *& reliqua pro ratione prioribus reſpondeant*, id eſt, aut nono, & undecimo dolor admodum urgeat, aut, ut vult *Cardanus*, ſi omnia rite peragantur, nec æger aberret, decimo quarto die ceſſabit dolor; qui quamvis par ſit dies, rationem tamen habet imparis, ſcilicet ſeptenarii, cum ſit ſeptimus ſecundæ ſeptimanæ, & acutos morbos judicet. *v. aph.* 23. II.

XXXIII. *Tertianis.* Tam continuis, quam intermittentibus, ſive exquiſitæ 12. horarum eæ fuerint, *aph.* 59. IV. ſive nothæ 15. horarum, & amplius.

XXXIV. *Hujuſcemodi.* Id eſt, quæ notas ſalutares habet. Signa quæ hic proponit *Hipp.* ſalutarem criſim prænunciant, aut profluvii ſanguinis de naribus, aut bilioſi vomitus. *Neque dolor.* Non eo dolorem, & inflammationem excludit, quod numquam in his ſalutariter ſanguis è naribus profluat, *v. text. XXXVI. lib. I.* ſed quod ſæpius in febribus hæ criſes accidant tenſo alterutro hypochondrio ſine dolore, tumore, & duritie, quæ inflammationem ſubeſſe ſignificent. *Sanguis è naribus.* Sunt & alia ſigna quæ ſanguinis è naribus fluxum portendunt, cujuſmodi ſunt non voluntariæ lacrimæ, dolor colli, naſi pruritus, gravitas temporum. *vid. Hipp.* 1. *epid.* *Vel ſuperaverunt.* In ſenibus magis expectandus vomitus, quam fluxus ſanguinis è naribus: utrumque enim horum accidit magis juvenibus, quam ſenibus, tamen ſenibus accidit minus ſanguinis fluxus

naribus profluet; idque præcipue junioribus accidit. Si vero trigeſimum annum, vel agunt, vel ſuperaverunt vomitum potius, quam ſanguinis fluorem, expectabimus.

De convulſione.

XXXV. SI pueris in acuta febre alvus nihil dejicit, neque ſomnus accedit, ſed terrentur, flent, color mutatur, ut modo *ex viridi* pallidus, modo lividus, aut ruber efficiatur, nervorum diſtentio timeri debet; utpote quæ pueros, qui ſeptimum annum nondum exceſſerunt quampromtiſsime invadit. Grandiuſculos vero pueros, atque adultos, non adeo in febribus nervorum diſtentio prehendit, niſi vehementis admodum malitiæ ſignum aliquod affuerit, qualia videlicet in phreniticis videntur.

XXXVI.

---

xus, quam vomitus. Senectus quidem idoneos magis ſuccos habet ad abſceſſus, quam juventus; craſsiores enim habet ſuccos, ſed ſenibus raro fiunt abſceſſus: contumaciores enim eorum ſucci cum facultatis, ut *Valleſius inquit*, debilitate, id eſt cum virium cordis, arteriarumque infirmitate, fibrarumque corporis externarum rigiditate, inertiaque; mortem magis, quam abſceſſum accerſere ſolent. Notatque *idem Valleſius*, præ cæteris pueros ſæpiſsime in abſceſſus incidere ob voracitatem, viriumque cordis per ætatem robur cum fibrarum corporis externarum mollitie, facilique extenſione conjunctum.

XXXV. *Nervorum diſtentio v. aph.* 57. IV. Hæc quoque timenda eſt in dentientibus pueris, qui corpulentiores manent, & altiore ſomno utuntur. Non tamen omnes occidit pueros, ſed plures etiam ſervantur: raroque convelluntur, qui dentientes acuta febre tenentur, aut alvus crebrius demittit. *De dentit.* *Malitiæ ſignum.* Cujuſmodi ſunt denſæ urinæ, & perturbatæ, dentium ſtridor, repentina tumoris retroceſsio, tendinum ſubſultus, artuum tremores, perverſiones palpebrarum, oculorum, naſi, labrorum, feroces intuitus, excitationes è ſomno turbulentæ, & quæ his ſimilia ſunt.

XXXVI. Ergo ex omnibus ſignis, ut de ſingulis morbis ſingula præſcripta ſunt, & morituros, & eos, qui ad bonam valetudinem redire poterunt, ſive pueri ſint, ſive natu majores, ſic conjicere oportet.

XXXVII. Atque hæc de acutis morbis, atque de his, qui ab iis naſcuntur dixiſſe velim.

XXXVIII. Cæterum ſi recte diſcernere volueris, & morituros, & eos, qui à periculo tuti ſunt, & quis morbus longo, & quis breviori ſpatio finietur, diſce omnium ſignorum inter ſe collatorum vires, ut ſupra demonſtravimus, accurate judicare, tum aliorum, tum præcipue urinæ, ac ſputi, quum ſcilicet ſimul & pus, & bilem æger excreat.

XXXIX. Item *populariter graſſantium* quoque morborum impetum, ac temporum anni conditionem accurate obſervare oportet.

XL.

XXXVIII. *Cæterum.* Attendenda ſunt maxime ſalutis, & mortis ſigna, ſingulique ſigni æſtimandæ ſunt vires, conſiderando, an id periculoſum ſit, an admodum periculoſum, an lethale, an admodum lethale, & è contra. Tum cum bonis bona ſigna conferes, cum malis mala; & bona cum malis, & mala cum bonis: neque uni lethali ſigno fidendum ad mortem prædicendam, ſed pluribus: neque pluribus bonis ad ſalutem, ſi quod lethale ſignum ſubeſſe videris. Quodlibet enim ſignum, ſive bonum, ſive malum, confirmatur conſenſu reliquorum ſignorum. Conſenſus quippe ſignorum evidentem, *ut ait Valleſius*, prænotionem efficit ſalutis, aut mortis. Ut ſi adeſt unguium livor, atque ſimul facies Hippocratica, ulcus nigrum, revulſa genitalia, ſpiritus frigidus, frigusque extremorum, mors ſit præ foribus, ſin cum unguium livore ægrotus dormiat, facile ſpiret, ac calidum, ſine facie triſti, ſine delirio, ſine extremorum frigiditate, ſine jactatione corporis, ſineque aliis, quæ his ſimilia ſunt, ſignis pravis, fallax ſit livor. *Quum ſcilicet v. text. LIII. lib. II.*

XXXIX. *Populariter.* Epidemici morbi dicuntur, & communes, è communi cauſſa nati, non tamen patrii, & familiares, ſed potius externi, & adventitii, *v. Gorræus*, qui ſolent

XL. Poſtremo quod ad conjecturas, reliquaque ſigna pertinet, haudquaquam vel ignorandum, vel negligendum eſt, quod quovis anno, & quovis anni tempore, mala ſigna timorem, utilia vero bonam ſpem denunciant.

XLI. Etenim in Libya, & Delo, atque Scythia propoſita hæc ſigna, vera eſſe comprobavimus.

XLII. Unde ſcire licet, iiſdem terris multo plura, quam ſupra propoſuimus, illum facile aſſequi poſſe, qui ea recte & judicare, & perpendere didiſcerit.

XLIII.

---

lent ſignis ſive bonis, ſive malis quicquam virium addere, aut detrahere. Idem fere dicendum de ætate ægri, natura, viribus, deque anni temporum conſtitutionibus. Equidem in lethalibus pectoris inflammationibns populariter graſſantibus, perſæpe inter plurimas pleuritides initio graviores periculoſioreſque, plures quoque earum deprehendi, quæ cum per initia, id eſt, primis morbi diebus, mitiores viderentur, longeque à lethalibus cæteris diverſæ, quarta tamen, quintave morbi die feritatem oſtendere cœperant, brevique ægrotantes, atque eodem prope numero dierum rapiebant, quo reliquæ, quæ per initia morbi ſævirent.

XLI. *Libya.* Quæ bona, aut mala ſunt ſigna, ea non modo quovis anno, & anni tempore, ſed quavis etiam regione mala ſunt; nimirum & in Libya, ardentiſsima regione, & in Scythia frigidiſsima, & in Delo temperata. *Vera eſſe.* Cum enim in ſingulis locis homines ſinguli à ſingulis non differant hominibus in præcipua internarum partium ſtructura, uſu, numero; naturæ quoque judicia non differre ob locorum diverſitatem veriſimile eſt. Etenim ſigna, quæ ſalutaria, lethaliaque eſſe Hippocrates ſcripſerat, non minus æſtate reſpondent, quam hyeme, non minus vere, quam autumno, non minus aëre ſereno, quam pluvio, neque minus perflantibus, quam ſilentibus ventis. Igitur & ubique terrarum ſigna per morbos bona, malaque eventu conſentire, æquum eſt, licet non ubique locorum idem ſit caloris, & frigoris gradus, eademque ſiccitas, atque humiditas. Cum enim Delum peragraverit, Lybiamque, & Scythiam *Hippocrates*, ſignaque à ſe propoſita in ſingulis hiſce locis vera eſſe cognoverit, haud inſcite argumentum nobis reliquit de univerſa terra.

XLIII. Sed nullius morbi hic non deſcripti nomen deſiderandum eſt: nam omnes, qui in dictis temporum ſpatiis, morbi finiuntur, iiſdem quoque indiciis diſcernuntur.

XLIII. *Sed nullius.* Id eſt, non eſt quod deſideres ſcire ſingula morborum nomina, quibus propoſita ſigna conveniant: nam horum plurima communia ſunt, tum acutis morbis, tum iis quoque, qui ex acutis decidunt, aut ex iiſdem naſcuntur; ideo ex his ipſis ſignis cognoſces, quiſnam morbus 4. exempli gratia, die finiendus ſit, aut 7. aut 14. aut 20. & quiſnam ſalutem allaturus, aut mortem.

FINIS.

ERRATA, SIC CORRIGENDA.

PRæfatione linea 29. præſangiendi, *leg.* præſagiendi. *Ead.* Præf. pag.4. linea 28. qui ac medicinæ Studium, *leg.* qui ad medicinæ Studium. *Ibid.* Adjectio multo locupletiori, *leg.* adjecto multo locupletiori. Pag.5. linea 9. quo Celſus recitat, *leg.* quos Celſus recitat. Pag.5. nota 11. extenuitis, *leg.* extenuatis. Pag.6. nota 12. quam morbum lateralem appellat, *leg.* quæ morbus lateralis appellatur. Pag.11. nota 3. circa finem. Qua de me liceat mihi meminiſſe materteræ, *leg.* Quare de mea liceat mihi meminiſſe matertera. Pag. 19. linea 17. formidabilis vigiliam, *leg.* formidabilis vigilia. Linea 18. neque longum ſomnum, *leg.* neque longus ſomnus. Pag. 26. nota 7. linea 8. conquiefcete, *leg.* conquieſcere. Pag. 28. nota 11. ophtalmios, *leg.* ophtalmias. Pag. 29. Sent. 17. contendunt, *leg.* compingunt. Pag. 33. Sent. 1. veredi, *leg.* vereri. Pag. 34. linea 11. notura, *leg.* natura. Pag.34. nota 4. lin. 15. ulio, *leg.* ullo. Pag. 35. linea ultima, nota 5. ſanguinæ, *leg.* ſanguine. Pag.42. linea 22. fornicans, *leg.* formicans. Linea 23. exilis ſit, *leg.* exilis fit. Pag. 43. linea 33. Mercuriales, *leg.* Mercurialis. Pag. 44. nota 26. ſeu gelatinoſas pars, *leg.* ſeu gelatinoſa pars. Pag. 47. nota 28. linea 3. obſtrictionem, *leg.* obſtructionem. Pag.49. nota 46. linea 7. me in rigore deficiat, *leg.* ne in rigore defficiat. Pag.50. nota 47. linea 7. exereunt, *leg.* exeunt. Pag. 53. nota 58. linea

19. ſupor, *leg.* ſopor. Pag. 57. nota 66. linea 9. hæmorrhegiaſque, *leg.* hæmorrhagiaſque. Pag. 58. nota 70. linea 11. ſina, *leg.* ſigna. Ibid. nota 71. linea 4. in infirma, *leg.* in infima. Pag. 61. nota 79. linea 6. fabuloſa, *leg.* ſabuloſa. Pag. 62. nota 1. linea ultim. ſætumque ejicientibus, *leg.* fœtumque ejicientibus. Pag. 63. nota 5. linea 7. alterotriuſque, *leg.* alterutriuſque. Pag. 66. lin. 3. nota 11. ſed quæ iſthæc, *leg.* ſed necque iſthæc. Pag. 67. nota 14. linea 11. ſecto andavere, *leg.* ſecto cadavere. Pag. 68. nota 16. linea 8. ubi Animam efflavit, *leg.* ibi Animam efflavit. Pag. 71. nota 30. linea 9. varioris, *leg.* variolis. Pag. 72. Sent. 33. menſtruis deficientibus, *leg.* Mulieri menſtruis deficientibus. Pag. 73. nota 43. linea 6. ureri, *leg.* uteri. Pag. 90. nota 18. lin. 10. oræ, *leg.* ora. Ibid. linea 11. exteriori ventris vulneri, *leg.* exteriora ventris vulnera. Pag. 91. nota 22. linea 3. ex violenti ictu, *leg.* ex violento ictu. Pag. 92. nota 25. linea 6. Eryſipelus, *leg.* Eryſipelas. Pag. 93. Sent. 27. utuntur, *leg.* uruntur. Pag. 93. nota 27. linea 1. vomice, *leg.* vomica. Pag. 95. nota 21. linea ultima, egelidas, *leg.* egelida. Pag. 99. Sent. 43. ad dyſenteria, *leg.* à dyſenteria. Pag. 98. nota 41. lineis 4. & 6. potes, *leg.* poteſt. Ibid. deprehendere, *leg.* deprehendi. Pag. 147. nota 35. linea 7. Caput dolore, *leg.* Caput dolere. Pag. 164. nota 50. linea 14. ſummotoque, *leg.* ſemmotoque. Pag. 10. nota litter. b. linea 7. Democriteam philoſophiam, *leg.* Democritea phyloſophia. Ibid. Herodicique medicinam, *leg.* Herodicique medicina. Pag. 11. linea 3. Laterius, *leg.* Laërtius. Pag. 193. linea 5. judicat, *leg.* indicat. Pag. 173. Sent. 70. linea 3. trnſeunt, *leg.* tranſeunt. Pag. 177. in fine notæ 4. ſuppurari deberent, *leg.* ſupputari deberent. Ibid. nota 5. linea 9. ſuppuraveris, *leg.* ſupputaveris. pag. 180. Sent. 14. vehemantique, *leg.* vehementique. Ibid. nota 14. linea 6. exemplo, *leg.* extemplo. Pag. 181. nota 15. linea ultima; apariebaturque, *leg.* aperiebaturque. Ibid. nota 17. linea 2. inſerius, *leg.* inferius. Pag. 182. Sect. 19. prolungatur, *leg.* prolongatur. Pag. 209. damnantur, *leg.* damnatur.

Plura ex his errata, & alia ſi forte apparuerint, originalis libeli vitio tribuat Lector.

IN-

APHORISMORUM, PRÆSAGIORUMQUE HIPPOCRATIS INDEX,

In quo numerus romanus ſectionem, vel librum iudicat; arabicus ſectionis, vel libri textum: litera p. præſagia, n. notas ad textum deſignat appoſitas.

ABortus quibus in mulieribus facilis. V. 44. 45.
Abſceſſus quid. IV. 31. n.
In debili parte excitatur. IV. 32. 33.
Hunc prænunciant laſſitudines. IV. 31.
Quid eundem impediat. IV. 33. n. 75.
Abſceſſus febrem non ſolventes, longitudinem præſagiunt. IV. 51.
In febribus fiunt continuis. p. III. 28.
Qua potiſſimum ætate expectandi. p. III. 25. 27. 29.
Frequentiores in pueris. Ibid. 34. n.
Quibus febris diebus accidant. Ibid. 26.
Hieme facilius excitantur, ſeriuſque finiuntur. Ibid. 30.
Qua in parte expectandi. VII. 36. p. II. 66.
In peripneumonia utiles ad crura. p. II. 67.
Suppurantes perraro in peripneumonia occurrunt. Ibid. 64. n.
Iis tamen eadem interdum diſcutitur. Ibid.
Abſceſſu intro recurrente, aut delirii metus eſt, aut mortis. p. II. 68.
Abſceſſus futuri ſigna. Ibid. 65.
Acceſsio febris. I. 11. n.

Acidum eructantes, raro fiunt pleuritici. VI. 33.
Acutas febres, aëris gignit ſiccitas. III. 7.
Acuti morbi quinam. II. 19. n.
In quatuordecim diebus judicantur. Ibid. 23.
Et quinam inter eos. Ibid. n.
Exitus præſagium omninò certum non habent. II. 19. n.
Purgationem plerumque rejiciunt. I. 24.
Adoleſcentes inediam difficulter ferunt. Ibid. 13.
Adoleſcentium morbi. III. 19. 29.
Aeris æſtus fortiora purgantia non patitur. IV. 5. n.
Siccitas quos morbos pariat. III. 16.
Humiditas quos gignat. Ibid.
Æſtas, corporiſque gracilitas vomitui favent. IV. 6.
Similis veri ſudores in febribus portendit. III. 6.
Æſtatis morbi. Ibid. 21.
Æſtus vehemens, morſuſque oris ventriculi in acuta febre peſſimus. IV. 65.
Ætas opportuna phthiſi. V. 9.
Ætate plures morbi curantur. III. 28.
Ætates ad alia bene, maleve ſe habent. Ibid. 3.
Alvi fluxus comitatus hydropem. p. II. 2.
Lethalis in tabidis. V. 12. 14.
Non ſemper proximam mortem denunciat. Ibid. 12. n.
Ex longo morbo malus. VIII. 5.
Alvi profluvium vomitus ſolvit ſpontaneus. VI. 15.
Alvus in juvenibus humida, iis ſeneſcentibus exſiccatur, & e contra. II. 20.
Mollis in juvenibus ſicca ſalubrior. Ibid. 53.
Angina latens. p. III. 17.
Periculoſiſsima, celeriterque jugulat. Ibid.
Angina ad pulmonem verſa delirium, ſuppurationemque movet, ſæpeque etiam interimit. V. 10. p.III. 21. n.
Anginæ ſuperveniens tumor in collo, bonum. VI. 37.
Interdum etiam, malum. Ibid. n.
Anginam ſæpe levat colli, pectoriſque rubor. p. III. 19.
Rubor idem evaneſcens ſine ratione, aut mortem, àut

mor-

morbi exaſperationem ſignificat. Ibid. 20.
Anginæ apud nos benigniores incidunt. p. III. 21. n.
Angina affectum tumor in pectore, ruborque juvat. VII. 49.
Anxii qui dicantur. p. I. 19. n.
Anxietas quando lethalis. IV. 65. n. p. I. 19. n.
Apoplexia fortis quænam. II. 42. n.
Hanc ſolvere eſt impoſſibile. Ibid.
Debilis quænam. Ibid.
Hæc quoque ſolutu difficilis. Ibid.
Apoplexiæ reditus in ſenibus facilis. II. 42. n.
Signa ejuſdem futuri reditus. Ibid.
Apoplexiæ ætas opportuna. VI. 57.
Aqua quæ leviſſima. V. 26.
Aqua ex hydropicis educi poteſt affatim, univerſimque. VI. 27. n.
Aqua repleti anteriores cerebri ventriculi. p. III. 12. n.
Aquilonis mali effectus. III. 5. 17.
Aſcarides vermes. III. 26. n.
Aſcites hydrops. VI. 27. n.
Aſthma quid. III. 22. n.
Atra bilis lethalis, morbo inchoante. IV. 21.
In exſtenuatis poſtridie occidit, interdumque eadem die. Ibid. 23.
Atræ bilis eruptio ſolet reverti. Ibid. 22. n.
Malitiam non tam color, quam accidentium gravitas declarat. Ibid.
Auris dolor cum ſebre vehementi, aſſiduaque formidandus. p. III. 14.
Delirium facile movet. Ibid.
Suppuratione in juvenibus ſæpe ſolvitur. Ibid. 15.
Interdum quoque hæmorrhagia. Ibid. n.
Auſtri damna. III. 5. 17.
Autumni morbi. III. 22.
Autumno morbi acutiſſimi. Ibid. 9.
Autumnus tabidis malus. Ibid. 10.

B

BAlbi ad alvi fluxum proclives. VI. 32.
Biliosæ dejectiones ceſſant, ſuperveniente ſurditate, & e contra. IV. 28.
Bubo quid. IV. 55.
a Bubone febres malæ præter diarias. Ibid.

C

CAchexia, malus habitus. III. 31. n.
Calidum quæ mala pariat. V. 16.
Ejus ſalutaris effectus. Ibid. 22.
Calor ubi, aut frigus, ibi morbus. IV. 39.
Caloris, frigoriſque mutationes, longitudinem morbi ſignificant. Ibid. 40.
Cancer quid. VI. 38. n.
Occultus curari non debet. Ibid.
Quiſnam ſit curandus, & quomodo. Ibid. n.
Capitis dolor ex aëre. III. 13.
Febri quandoque curatur. VI. 51.
Quænam febris, & quando invadens id ipſum præſtet. Ibid. n.
Cum acuta febre pernicioſus. p. III. 12.
Lethalis & ejus ſigna. Ibid. n.
Quibus diebus finiatur. p. III. 32.
Bilis vomitu ſæpe depellitur. Ibid. 31.
Solvitur etiam interdum abſceſſu, interdum hæmorrhagia. p. III. 12.
Quando vomitu, quando fluxu ſanguinis tollatur. Ib. 34.
Menſium quoque eruptione ceſſat, alvi fluxu, ſputis aliiſque. p. III. 13. n.
Capitis dolori quid proſit. VI. 10.
Capitis dolorem prænunciant urinæ perturbatæ. IV. 70.
Capitis lethalis per morbos motus. p. I. 15. n.
Catarrhi in valde ſenibus, difficulter coquuntur. II. 40.
Cito ſenes extinguentes. III. 12.

Quot diebus coquantur. VII. 38.
Cautiones *in purgandis corporibus. IV.* 1. *n.*
Cerebri *concuſsi accidentia. VII.* 58.
Cholera. *III.* 30. *n.*
Cibi *faſtidium in longa dyſenteria malum. VI.* 13.
Cibi *quibus temporibus facilius, quibus ægrius ferantur. I.* 18.
Cibo *læduntur impura corpora. II.* 10.
Cibus *in acceſsione febrium noxius. I.* 11.
Copioſior morbum facit. II. 17.
Febricitanti morbus. VII. 62.
Suavior inſuavi, licet meliori, præferendus. II. 38.
Circuitus *febris quid. I.* 11. *n.*
Cocti, *non crudi, ſunt humores purgandi. I.* 22.
Coctionis *ſigna in urina. p. II.* 26. 27.
Colli *perverſio ſine tumore in acuta febre, lethalis. IV.* 35.
Comedentem *a morbo non proficere, malum. II.* 32.
Comitiales *morbi, ſi in pubertate non deſinunt, poſt* 25. *ann. raro curantur. V.* 7.
Conceptus *ſigna. Ibid.* 62.
Conſiſtere *morbum quid ſit. I.* 10. *n.*
Conſueta, *quamvis deteriora, minus inſuetis moleſta eſſe ſolent.* II. 50.
Conſuetudo *obſervanda in victus ratione. I.* 16.
Convaleſcentes *a morbo, cibis non proficere quid ſignificet. II.* 8.
Si non proficiant cibum faſtidientes, purgandi fiunt. Ibid.
Convulſio *quid. II.* 26. *n. VI.* 56. *n.*
Ex vigilia proficiſcens, malum. VII. 18.
Sæpe febri ſuperveniente ſolvitur. II. 26. *n.* IV. 57.
Quænam eam non ſolvat febris. Ibid.
Febris ad eam ipſam ſolvendam apta. Ibid.
Mala febri ſuperveniens. II. 26.
Hæc tamen in pueris minus formidanda. Ibid.
Convulſiones *evaneſcere ſolent, variolis erumpentibus, quæ ſub eaſdem variolas excitantur.* VII. 41. *n.*
Interdum occidunt, puerulos qua eos invadunt die. Ibid.

In febribus variolarum ſecundariis, ſæpiſsime pueros jugulant. Ibid.
Lethales *quænam. V. 2. n.*
Convulſionibus *quartana prodeſt. V.* 70.
Convulſionem *movens cholera. Ibid.* 4. *n.*
Convulſionis *cauſſae ex Hipp.* VI. 39.
Convulſio *ex elleboro, lethalis.* V. 1.
Itemque ex vulnere. Ibid. 2.
Ex fluxu muliebri, mala. V. 56.
Ex nimia purgatione, mala. Ibid. 4.
Per ſomnum in acuta febre, mala. IV. 67.
Convulſio *in acuta febre, viſcerumque dolor, malum.* IV. 66.
Corpora *craſsiora difficulter ferunt purgationem.* II. 36. 37.
Craſsiora citius intereunt. II. 44.
Longo morbo exſtenuata, lente reficienda. II. 7.
Corporis, *ejuſque partium gravitas per morbos acutos periculoſa. p.* II. 7.
Exſtenuatio in morbis nimia, aut nulla, malum ſignificat. II. 28.
Proceritas ſenibus inutilis. Ibid. 54.
Corporibus *humidis, fames convenit.* VII. 59.
Corpus *æqualiter calidum, molleque bonum. p.* II. 5.
Plenius, ac ſucculentius periculoſum. I. 3.
Hoc ipſum quantum debeat minui. Ibid.
In morbis ipſum per ſe converti, ac facile, ſurgere bonum. p. II. 6.
Criſis *quid.* II. 13. *n.*
Duas habet partes. Ibid.
Futuræ ſigna. I. 8. *n.*
Criſi *imperfecta fere morbus recrudeſcit.* II. 12.
Criſim *præcedit nox gravis, leviorque ſequitur.* Ibid. 13.
Criſium *ſalutarium ſigna.* I. 2. *n.*
Cucurbitula *mammis adhibita, menſes reprimit. V.* 50.

D

DEcubitus *pronus quid ſignificet. p.*I. 22.
Supinus qualis malus. Ibid. 17. 21.

De-

Defectio animi ex fluxu muliebri mala. V. 56.
Deglutitio impedita ſine difficultate ſpirandi, aliquando lethalis. IV. 35. *n.*
Dejectio ſincera quænam. VII. 6. *n.*
In morbo diuturno mala. Ibid.
Nigra peſſima. IV. 21.
Interdum tamen hæc quoque ſalutaris. Ib. *n.*
Frequens ægrotum fatigat. p. II. 14.
Reſpondere ingeſtis debet. Ibid. 15.
Craſſeſcere quoque in fine morbi. Ibid. 16.
Periculoſa quænam. p. II. 20.
Quænam damnanda. Ibid. 21.
Dejectionem ſinceram, dyſenteria ſubſequens, malum. VII. 13.
Dejectiones quænam bonæ. I. 2. *n.* 23. *n.*
Malæ quænam. II. 14. *n.*
Bilioſæ ceſſant, ſurditate ſuperveniente. IV. 28.
Delirii futuri ſigna in pleuritide. VII. 12. *n.*
Delirium in abſurdis ſermonibus non ſemper conſiſtit. II. 6. *n.*
Cum difficili ſpiritu in acutis febribus fere lethale. IV. 50.
Delirium, ſpiritus difficultas, vigiliæ una ingruentes ſigna ſunt exitioſa. p. III. 9. *n.*
Deliria cum riſu iis, quæ cum ſtudio fiunt, ſecuriora. VI. 53.
Cum temeritate periculoſiſſima. Ibid. *n.*
Furibunda, & lacrimoſa deteriora iis, quæ cum riſu fiunt, minus vero mala quam ſtudioſa. Ibid.
Dentium nigrities in acutis febribus graviſſima. IV. 53. *n.*
Stridor in acutis ſine conſuetudine peſſimus. p. II. 24.
Deſtillationes, catarrhi, ubi probabiliter pro apoplexia accipiantur. III. 12. *n.*
Dies critici propriè ſunt ſeptenarii. II. 24.
Dies intermedii indices, & propriè critici. IV. 36.
Difficultas urinæ. III. 31. *n.*
Suppurato, ruptoque meatus urinarii tuberculo ſolvitur. VII. 57.
Difficultatem urinæ, venæ ſectio ſolvit. VI. 36.
Digiti, pedeſque lividi in acutis morbis periculoſi. p. II. 9.

Diſ-

Diſperſus pedum, brachiorumque in acutis malum oſtendit. p. I. 19.
Diſtentio nervorum. IV. 57. *n.*
Divinum in morbis quid. p. I. 7. *n.*
Dolor ſine ratione in acutis evaneſcens, delirii eſt indicium. II. 6. *n.*
Vehemens, minus vehomentem obſcurat. II. 46.
Ingraveſcit*, dum pus conficitur.* II. 47.
Ventris, lumborumque pertinax in hydropem ſiccum deſinit. IV. 11.
Aurium in acuta febre periculoſus. p. III. 14.
Ventris diuturnus cum febre ſuppurationem movet. VII. 22.
Viſcerum, & convulſio in acuta febre, malum. IV. 66.
Acutiſsimus in graviori pleuritide ferè funeſtus. p. II. 31. *n.*
Dolorem, qui omninò non ſentiunt, delirant. II. 6.
Capitis *poſteriorem, ſectio venæ frontis levat.* V. 68.
Dolori capitis quid proſit. VI. 10. *p.* III. 12. 13. 31. 34.
Dolores oculorum ſolventia. VI. 31. VII. 46.
Partium inferiorum occultati in acutis febribus pernicioſi. p. II. 70. *n.*
Peſsimi, ſi relictis inferioribus partibus, diaphragma occupent. Ibid.
Pleuræ, pulmonumque ſæpè ſuppurationem inducunt. p. II. 52.
Dyſenteria. III. 2. *n.*
Ab atra bile, lethalis. IV. 24.
Ex *alvi profluvio.* VII. 72.
D*yſenteriæ diuturnæ lethalis exitus.* VI. 43.
D*yſenteriam lienteria ſecuta.* VII. 73.

E

E*Brietas quando lethalis.* V. 5.
Ex *ebrietate rigor, & deſipientia, malum.* VII. 7.
Elleborus periculoſus in præpinguibus. IV. 16.

Em-

Empyi qui dicantur. Ibid. 44. n.

Empyici quum ſecantur, quale pus ſecuritatem, quale periculum oſtendat. VII. 44.

Empyicorum ſecandorum modus, tempuſque ad id aptum. Ibid. n.

Epilepſiam juvenum, quæ tollant. II. 45.

Eriſipelas in oſsis nudatione. VII. 19.

Intro recurrens, malum. VI. 25.

Putreſcens, ſuppuranſque, malum. VII. 20.

Evacuationes an profuturæ ſint, necne, ante morbi exitum, ſcitu difficile. I. 1. n.

Per loca conferentia faciendæ. I. 2. n.

Ubi nec tollunt, nec minuunt morbum, tamen ſuſtinentur, quid agendum. Ibid.

Evacuationi nimiæ quomodo occurrendum. I. 22. n.

Evacuationum ſalutarium ſigna. I. 2. n.

Pernicioſarum indicia. II. 27. *n.* & IV. 1. *n.*

Evenientibus præter rationem, non fidendum. II. 27.

Evenientia præter rationem, nimium non ſunt formidanda. Ibid.

Excrementa alvi, quænam laudanda. p. II. 13.

Varia, ut mortem differant, tamen lethalia. Ibid. 23.

Excrementorum mutationes ad bona juvant. II. 14.

Exercitatus homo liberalius alendus. I. 15.

Excreationes in febribus lividæ, malæ. IV. 47.

Exſolutio quid. II. 41.

Frequens, ac fortis, ſine cauſſa manifeſta repente occidit. Ibid.

F

F*Acies Hippocratica non ſemper præcedit mortem. p.* I. 9. *ſeqq.*

Mortem præcedens qui cognoſcatur. Ibid. 11. *n.*

Quibus in morbis, quibuſque morbi temporibus appareat. Ibid. 12. *n.*

Reſtituta non ſemper ſanitatem promittit. Ibid.

I*n morbis longis, pluribus ante mortem diebus, quam in acutis, apparet.* Ibid.

Fames humidis confert corporibus. VII. 59.

Quibus inimica. Ibid. *n.*

Famem quinam difficulter ferant. II. 4. *n.*

Fauces quid. IV. 34. *n.*

Faucibus non tumidis ſtrangulatio per acutas febres lethalis: Ibid. 34.

Faucibus ægrotantibus quid obſervandum. II. 15.

Febris ardens. IV. 58.

Raro ſenes invadit. II. 14.

I*nvadens eos ferè occidit.* Ibid. *n.*

Febris intermittens, erraticaque, facile in quartanam mutatur. p. III. 28.

Febris ephemera. IV. 55. *n.*

Convulſionibus utilis quænam. IV. 57. *n.*

Febres in ſenibus, licet parvæ, magni faciendæ. I. 14. *n.*

Quænam abſceſſus gignant. IV. 31. *n.*

Tertio quoque die fortiores, magis periculoſæ. IV. 43.

Continuæ, ſi intermiſerint, periculo vacant. Ibid.

Autumnales, & compoſitæ, in quæ mala tranſeant. IV. 43. *n*

I*ntermittentes quos valeant interficere.* Ibid.

Longæ, tumores in articulis gignunt. IV. 44. *p.* III. 24.

Ex bubonibus malæ præter ephemeras. IV. 55.

Intermittunt, quæ quotidie a rigore incipiunt. Ib. 63.

Tutiſsimæ cito liberant. p. III. 2.

Peſsimæ cito enecant. ibid.

Febrium accessiones eadem hora incidentes, difficiles. IV. 30.
Recrudescentium cauſſæ. p. III. 23.
Perquam acutissimarum, aliarumque circuitus. Ibid. 3. *seq.*
*Flatum ſine ſtrepitu exire in morbis, bonum. p.*II. 24.
Cum sonitu, præter voluntatem, erumpere quid arguat. ibid.
Frigiditas extremorum cum interno æſtu, ſiti, acutaque febri, lethalis. IV. 48. *p.* II. 4.
Frigido ubi utendum. V. 23.
Frigidum quibus partibus, morbisque inimicum. V. 17. 18. 20. 24.
Frigoris noxæ. V. 17.
Frigus extremorum in acutis malum. VII. 1.
Cum aliis ſignis conjungendum ad mortem prædicendam. VIII. 13. *n.*
Furor, mania, quid. VI. 56. *n.*
Furori quænam salutaria. VII. 5.
Melancholico hæmorrhoides, varicesque prosunt. VI. 21.

G

G*Enarum pallor, aut livescentes, nigricantesque in iis venulæ per acutos morbos, malum. p.* II. 13.
Glaucedines senum morbi. III. 31.
Graciles diutius vivunt obeſis. II. 44.
Graciles, & facile vomentes supra purgandi. IV. 6.
Gravedines, & raucedines difficulter solvuntur in senibus. II. 40.
Gravedo quid. ibid.
Gravida, collapſis repente mammis, abortit. V. 37.

Bene colorata marem, male feminam concepit. Ib.42.
Laborans teneſmo, plerumque abortit. VII. 27.
Ex alvi fluxu, periculum ſubit abortus. V. 24.
Gravidam acutus morbus perſæpe occidit. Ibid. 30.
Gravidæ quænam facile abortiant. Ibid. 44. 45.
Gravidis, uteri lethale eriſipelas. Ibid. 43.
Gravidarum purgandarum tempus. IV. 1.
Grumorum ſanguinis mictus. IV. 80.
Gurgulio quid. p. III. 22.
Inflammatus, tumenſque, qua ratione curandus. ibid.

H

HÆmorrhoides, variceſque juvant maniacos. VI. 21.
Hæmorrhoidibus curatis quænam inſtent pericula. Ibid. 12.
Hepatis inflammatio ſingultum movet. V. 58.
Hyeme, & vere liberius alendum. I. 15.
Hyemis morbi. III. 23.
Hippocrates Heraclitum ſequitur. I. 14. *n.*
Hippocratis dictata, ubique terrarum veritati conſentiunt. p. III. 41. *n.*
Hiſtoria mulieris quinque menſes continenter vigilantis. II. 3. *n.*
Virginis ſine potu, ciboque degentis dies amplius viginti. II. 4. *n.*
Mulieris volvulo affectæ, vinoque epoto ſanatæ. Ibid. 21. *n.*
Pleuritici ſexta die mortui, bile erumpente atra. IV. 22. *n.*
Dyſenterici atræ bilis exitu, ſublati. Ibid.
Febrium lethalium quotidie cum rigore accedentium. IV. 63. *n.*

Mu-

Mulieris perturbatam urinam emittentis, ſæviſsimoque capitis dolore tentatæ. Ibid. 70. n.

Ebriorum obmuteſcentium, reſolutorumque, qui diſcuſſa ebrietate, in integrum reſtituebantur. V. 5.

Viri ob oſſa articulorum repoſita, convulſione correpti, extemploque ſanati, dimotis e ſede oſsibus. Ibid. 2. n.

Senis nervorum diſtentione occupati, interemptique. V. 6. n.

Virginis phthiſicæ, toto trimeſtri ſine tuſsi, ſputoque degentis. Ibid. 14. n.

Senis, cui angina ad pulmones verſa, vitam eripuit. V. 10. n.

Virginis ex ſpontoneo timore in apoplexiam delapſæ. VI. 23. n.

Aſciticæ mulieris, e cujus ventre unico ictu, ſalutarique exitu, mille, & triginta unciæ aquæ pondo educebantur. Ibid. 27. n.

Filiolæ auctoris dentientis, convulſionibuſque vita privatæ, qua iis die tentari cœpit. VII. 41. n.

Hydropici tuſsis impetu, nec opinantis extincti. VI. 35. n.

Mulieris, cui hydrops tuſsim diſpulit. Ibid.

Virginis cui tuſsis exporrigebatur ad ſolutionem uſque hydropis. VI. 35. n.

Theologi, cui urina ſupprimebatur quolibet fere plenilunio, neque reſtituebatur, niſi aut luna declinante, aut vena ſecta. Ibid. 36. n.

Lethalis anginæ cum inſigni colli, aliarumque partium tumore. VI. 37. n.

Juvenis empyici ſine ulla tuſsi, ſpirandique difficultate. Ibid. 41. n.

Virginis, cui ſolutus fuit icterus, nec inde tamen emollitum hepar. VI. 42. n.

Viri, cui veſicæ calculus cibi faſtidium movebat, ac vomitum. Ibid. 44. n.

Morborum, quibus auctor tentatur. VI. 51. n.

Viri, cui veſica multa urina, licet mingeret, diſtendebatur cum aſsiduo vomitu, cibique faſtidio eductaque urina

na rediit appetitus, vomituſque diſceſsit. Ibid. 4. n.
Vomitionis animi defectionis, ſenſuum defectus ex vomica in pulmone rupta. VII. 8. n.
Virginis vomica in pulmone rupta extemplo jugulatæ. Ib.
Mulieris ex utero inflammato, poſt partum, volvulo interfectæ. Ibid. 10. n.
Mulieris lethali peripneumonia laborantis, quæ interea dum phrenitica fiebat, neque difficulter ſpirabat, neque tuſsiebat. Ceſſante phrenitide, peripneumonia recruduit, citoque mulierem rapuit. Ibid. 12.
Mulieris gravidæ hemicrania occiſæ. p. III. 12.
Viri, dolore capitis oppreſsi, comateque, & apoplexia ſubſecutis extincti. Ibid. 31. n.
Virginis per acutam febrem, dies, noctesque undecim vigilantis, nec inde delirio, aut convulſione tentatæ. VII. 18. n.
Hepatis ſuppurati cum dolore mitti, mittique febri. Ibid. 45. n.
Tumoris in muſculis, hepati ſuperpoſitis, ſiti inſignis, latique pus cœnoſum, fœtidumque fundentis, hominemque enecantis. VII. 45. n.
Lethalis ſimilis, alius tumoris in muſculis lieni ſuperſtratis excitati. Ibid.
Viri ſanguinem extuſsientis, poſtridieque ſuffocati. Ibid. 75. n.
Adoleſcentis febri ad tactum parva, corporiſque, atque artuum impotentia laborantis, brevique poſtea tuſsi, ſtertoreque correpti, mortuique. p. II. 17.
Pleuritici, cui pridie ante mortem maxima incidebat, inaniſque dejiciendi cupiditas. Ibid. 13. n.
Mulierum urinam reddentium nigram, ex eaque convaleſcentium. Ibid. 32. n.
Mulieris ſputo interemptæ nigro, inodoroque. Ib. 48. n.
Doloris intolerabilis, ne morientem quidem pleuriticum deſerentis. Ibid. 51. n.
Humores, quo vergunt, ducendi, evacuandique. I. 21. & IV. 4. n.

Hy-

Hydrops aſcites. VI. 27. n.
Siccus, ſive tympanitis. IV. 11.
Hydropem, alvi profluvium valet ſolvere. VI. 14.
Hydropi inveteratot, uſsis ſuperveniens lethalis. VI. 35.
Hydropici quinam, & quando purgandi. Ibid. 14. n.
Ex acuto morbo facti, admodum periclitantur. p. II. 1.
Hydropicos quoſnam tuſsis vexet. p. II. 3.
Hydropicorum tympanitide extinctorũ obſervatio anatomica. IV. 11. n.
Hydropis ſicci imminentis ſigna. Ibid.
Hypochondria mollia, & ſine dolore eſſe in acutis optimum indicium eſt. p. I. 31.
Hypochondriorum dolores, elevationeſque, ſine febre, ſæpè flatuum eruptio ſolvit. p. II. 25.
Hypochondriorum pulſus delirium minatur. p. I. 32.
Tumores inflammatorii per initia morbi, mortem proximam portendunt. Ibid. 34.
Iidem tumores poſt 20. dies, ſolent ſuppurari. Ibid.
Hæmorrhagia 7. orta die, iis ipſis prodeſt tumoribus. Ibid. 35.

I

ICteritia. IV. 62.
Febri ſuperveniens, quænam bona, & quando. Ibid. 64.
Icterici non multum flatuoſi. V. 72.
Ictericis hepar indureſcere, malum. VI. 42.
Ileos quid. Ibid. 44. n. VII. 10. n.
Ex eo, ſingultus, delirium, convulſio, malum. VII. 10. n.
Impetigines. III. 20. n.
Inædia plurium dierum. II. 4. n.
Iſchiadicorum curatio, ne claudicatio conſequatur. VI. 60.
Judicatio morbi. I. 20.
Judicii difficultas, unde pendeat. Ibid. 1. n.

L

LAbrorum ſigna mortifera. VIII. 14. p. I. 15.
Quibus præſertim in morbis. Ibid. n.

Lac copioſius, imbecillum fœtum ſignificat. V. 52.
Extra graviditatem , puerperiumque, interdum gignitur. Ibid. 39.
Epotum quibuſnam noxium. Ibid. 64.
Lacrymæ non voluntariæ, per acutos morbos, malæ. V. 52.
Laſſitudines ſpontaneæ quænam. II. 5. n.
Abſceſſum portendunt. Ibid. 31.
Lentores in febribus circa dentes , dentiumque nigrities acutum , gravemque morbum ſignificant. Ibid. 53. *n.*
Lethargus. III. 23. *n.*
Lethargicorum tremor, malus. VIII. 8.
Leucophlegmatia, aſcite curatu facilior. VI. 14. *n.*
Forti alvi fluxu ſolvitur. VII. 29.
Lienoſi, quinam. VI. 43. *n.*
His, dyſenteria utilis. Ibid. 48.
Lienteria. III. 22. *n.*
Lingua nigra , cruentaque , & ſicca , in acutis mala. VIII. 9. *n.*
Linguæ incontinentia quid ſignificet. VII. 40.
Linguæ lethalis motus in morbis. p. I. 15. *n.*
Lumbricos , cum excrementis exire , ſub morbi finem expedit. p. I. 18.
Eoſdem ne præſtet vivos deſcendere, an mortuos? Ibid. n.

M

MAlus habitus. III. 31. *n.*
Mammæ repente exſtenuatæ, quid præſagiant. V. 53.
Mania , v. Furor.
Manibus ſcalpere in acutis lethale. p. I. 26.
Non tamen id ipſum perpetuo lethale. Ibid. n.
Medico conſideranda. VII. 76. *n.*
Melancholia. VI. 56. *n. III.* 20. *n.*
Melancholiam quinam ſequantur morbi. Ibid.
Melancholici quinam fortius purgandi. IV. 9. *n.*
Melancholicis hæmorrhoides utiles. VI. 11.
Menſes decolores , inordinatique. V. 36.

Men-

Menſium eruptio ſanguinis ſputum, vomitumque tollit. Ib. 32.
Miſsio ſanguinis, ad animi deliquium damnantur. I. 23. *n.*
Morbi principium quodnam. Ibid. 24. *n.*
An purgationem poſtulet. II. 29.
Morbi reverſuri ſigna. Ibid. 12. *n.*
Sedem, non urina, ſed partis labor indicat. IV. 76. *n.*
Vigor, ſive ſtatus. I. 8. *n.*
Morbi acuti quinam. II. 19. *n.*
Purgationem ferè reſpuunt. Ibid.
In 14. *diebus judicantur. Ibid.* 23.
Longi, vix curantur in ſenibus. Ibid. 39.
Morbi, à nimia pluvia. III. 16.
A nimia ſiccitate. Ibid.
Puerulorum. III. 24. 25.
Adoleſcentium. Ibid. 19. 29.
Senum. Ibid. 31.
Ex acutis decidentes. p. III. 6. *n.*
Longi quinam. II. 39. *n. p. III.* 6. *n.*
Morbi comitialis varia nomina. III. 20. *n.*
Morbo incipiente non purgandum. I. 22.
Morbis vigentibus quieſcendum. II. 29.
Morborum acutorum, non omninò certum præſagium ſalutis, aut mortis. Ibid. 19. *n.*
Morborum, in mulieribus dies, an à partu ſint numerandi. p. III. 11.
Populariter graſſantium, ratio maximè attendenda. Ibid. 39. *n.*
Morbus ſimpliciter acutus. I. 4. *n.*
Peracutus. Ibid. 7. *IV.* 10.
Regius. IV. 62.
Mulier perquam craſſa, difficulter concipit. V. 46. *n.*
Quænam facile abortiat. Ibid. 44. 45.
Bene colorata marem, male feminam concepit. Ibid. 42.

N

N*Arium conſtrictio, ſignum in morbis peſsimum. p. I.* 9.
e Naribus ſanguinis fluxuri ſigna. Ibid. 35.

Naſi perverſio, pallor, livor notæ ſunt mortiferæ. Ibid. 15.
Naturæ craſsiores, citius intereunt. II. 44.
Naturarum, aliæ ad hyemem, aliæ ad æſtatem, ſalubrius degunt. III. 2.
Naturæ, omne nimium nocet. II. 51.
Utiles motus adjuvandi, ſi deficiant. IV. 1. *n.*
Conatus quinam reprimendi. Ibid.
Nervorum diſtentio, rigor. Ibid. 57. *n.* V. 6. *n.*
Rigore correpti, in 4. diebus pereunt. V. 6. *n.*
Nervorum diſtentionis ſigna in pueris. p. III. 35.
Nervorum diſtentioni pueri corpulentiores, ſomnolentique obnoxii. Ibid. n.
Nigra urina, peſsima. p. II. 32. *ſeq.*
Niger vomitus, vitioſus. Ibid. 39.
Nigræ in urinis nubeculæ, malæ. Ibid. 29.
Nigrum ſputum, deterrimum. Ibid. 48. 51.
Nox *gravis criſim præcedit.* II. 13.

O

O*Culi caligantes, lucemque averſantes, malum.* VIII. 15.
Illacrimantes, lumen fugientes ſine ullo in iis vitio, malum. p. I. 13.
Oculorum doloribus, quæ conferunt. VI. 31. VII. 46.
Signa lethalia. VI. 52.
Perverſio, concidentia, tumor, malum. p. II. 13. *n.*
Frequens motus, aut tardior, aut fixus *intuitus, malum. Ibid.*
Album, rubore perfuſum, ſordeſque circa pupillam apparentes, malum. Ibid.
Frequens motus furorem prænunciat. p. I. 32.
Omentum, niſi reponatur, putreſcit. VI. 58.
Ophthalmia quid. III. 11. *n.*
Sicca quænam. Ibid. 12. *n.*
Oris exulcerationes æſtate gignuntur. Ibid. 21.
Oſſe nudato, eryſipelas. VII. 19.
Oſsis abſceſſuri ſigna in ulceribus diuturnis. VI. 45. *n.*

Cor-

Corrupti caro livida, malum. VII. 2.
Cura ejuſdem. Ibid. n.
Corruptionem abſceſſus ejuſdem conſequitur. VII. 74.

P

Palpebræ per ſomnum non commiſſæ, malum. I. 14.
Pectus aſsiduè nudare inflammato pulmone, exitioſum. Ibid. 19. *n.*
Pedum, brachiorumque diſperſio, in acutis peſsima. Ibid.
Frigidorum nudatio frequens itidem peſsima. Ibid.
Peripneumonia. III. 23. *n.*
Huic accedens phrenitis, malum. VII. 12.
Phrenitis. III. 30. *n. VII.* 12. *n. VIII.* 1.
Phthiſi obnoxii. IV. 8. *n.*
*Phthiſis, imminentis ſigna poſt ſanguinis ſputum. VII.*15.*n.*
Phthiſicis vomitus inutilis. IV. 7. *n.*
Funeſtus capillorum defluxus, ſputique fœtor. V. 11.
Alvi fluxus, pernicioſus. Ibid. 12. 14.
Hic tamen, non ſemper mortem indicat imminentem. Ibid. 12. *n.*
Pleuritis. III. 23. *n.*
Eo citius finitur, quo citius apparet ſputum. II. 12.
à Pleuritide, & Peripneumonia alvi fluxus, malum. VI. 16.
à Pleuritide peripneumonia, malum. VII. 11.
Pleuritis in 14. *diebus non ſanata, ſuppurat.* V. 8.
Pleuritici ſuppurati, quonam tempore ad phthiſim tranſeant. Ibid. 15.
Pleuritidum graviorum ſedes. VII. 11. *n.*
Podagra quoſnam raro infeſtet. VI. 28. 29. *n.*
Finiri ſolet 40. *diebus.* VI. 49.
Quibus moveatur temporibus. Ibid. 55.
Ad naſum repens inveterata ferè funeſta. Ibid. n.
Profluvio ſanguinis delirium, convulſiove accedens, malum. VII.
Pudenda retracta quid indicent. p. II. 10.
Pueri inediam vix ſuſtinent. I. 13.

Qui-

Quinam facilè convulſionibus corripiantur. III. 25. *p.* III. 35.
Pueris familiares abſceſſus. p. III. 34. *n.*
Itemque hæmorrhagia. III. 27.
Humidum alimentum confert. I. 16.
Puerorum morbi quando finiantur. III. 28.
Puerulorum morbi. III. 24. 25.
Pulſus explorandus , ut ſignum. IV. 23. *n.*
Purgandum , in acutis raro. I. 24.
Purgandum initio morbi , materia turgente. Ib. 22. IV. 10.
Per ea loca quæ petit natura. Ibid. 21.
Purgatio immodica , periculoſa. I. 3.
Purgationem præcedat humectatio corporis. II. 9.
Purgationis inferioris adhibendæ ſigna. IV. 20.
*Puris, ſanguiniſque mictio, exulcerationis eſt ſignũ.*IV. 75.
Puris optimi conditiones. p. I. 44.
Puris ſputum phthiſis ſequitur. VII. 16.
A ſanguinis ſputo , malum. Ibid. 15.
Puris, quantum educendum , ſectione. VI. 27.
Pus , dum ſit febris, & dolor, urgent. II. 47.
Interdum *ſine febre , doloreque , gignitur.* I*bid. n.*
Puſtulæ ſuppuratorum quales. p. II. 60. *n.*
Putredines quid. III. 16. *n.*
Genitalium æſtate accidunt. I*bid.* 21.

Q

Q*Vartana , qua maximè ætate invadat. p.* III. 29.
Æſtate ingruit. I*bid.* 21.
Autumno quoque oritur. I*bid.* 22.
Solvitur interdum hæmorrhoidibus , largaque hæmorrhagia. VII. 3. *n.*
Quartanæ quænam breves, quænam longæ. II. 25.
Earum productio. I*bid. n.*
*Hibernæ, facilè in acutos morbos tranſeunt.*Ibid.
Ordinem variantes citius deſinere ſolent Ibid.
Convulſiones ferè arcent , pelluntque. V. 70.
Quartanæ , ſanguinis e naribus profluvium, inutile. VIII. 3.

Hoc

Hoc tamen utile experiebatur Alpinus. ibid. n.
in Quartanam quænam febres mutari ſolitæ. p. III. 28.

R

RAbies quænam in acutis exitioſa. VIII. 16.
Rachitis. III. 26. n.
Recidivæ metus. IV. 61.
Refectiones nimiæ periculoſæ. I. 3.
Renum, & veſicæ vitia in ſenibus difficilis ſolutionis. V. 6.
Renum, veſicæve exulcerationem quænam ſignificent. IV. 75.
Repletio evacuatione curatur, & e contra. II. 22.
Reſidere velle in acutis malum, peſſimum vero pulmone laborante. p. I. 23.
Reſpiratio facilis in acutis, magnum habet ad ſalutem momentum. ibid. 28.
Difficilis cum delirio in acutis mortifera. IV. 50.
Duplicata in acutis mala. IV. 68. VI. 54. n.
In morbis pectoris maximi facienda. p. I. 28. n.
Magna ſimul, & tarda in acutis peſſima. Ibid. 27. n.
Frequens pectus indicat affectum. Ibid.
Frequens eſt etiam interdum ob vitia aliarum partium. p. I. 27. n.
Viſui facilis, ægrotanti perquam difficilis interdum accidit. Ibid.
Frigida perſeverans lethalis eſt. Ibid. 28.
Reſpiratio difficilis multiplex. IV. 50. n.
Rigor quid. IV. 29.
Incidens non deficiente febre, ægrotoque debili lethalis eſt. Ibid. 46.
Ex ebrietate, niſi recaleſcat æger, exitioſus. VII. 7. n.

Sex-

Sexto febris die apparens malus. IV. 29.
Quotidie accedens, quoti die febrem ſolvit. Ibid. 63.
Ardentem febrem diſcutit. IV. 58.
Rigor nervorum. Ibid. 57. n. V. 6.
Ructus acidus, frequenſque, ſæpe pleuritidem arcet. VI. 33.

S

SAnguis in ventrem effuſus, putreſcit. VI. 20.
E naribus fluens, menſtruis deficientibus, bonus. V. 33.
Sanguis, pus, ſquamulæ cum urina excretæ, pravuſque odor veſicæ renumve exulcerationem ſignificant. IV. 81.
Sanguis ſponte mictus, venam in renibus ruptam declarat. ibid. 78.
Sanguinis e renibus, veſicaque provenientis ſigna. IV. 78. n.
Sanguinis profluvium, convulſionem, ſingultumve movens, malum. V. 3.
Nocet ciborum conctioni. IV. 27.
Pueris familiare e naribus. III. 27.
Sanguinis hæmorrhoidialis utilitas. IV. 25. n.
Sanguinem ſupra ferri, id eſt per os emitti, malum. ibid. 25.
Sanguis ſupra ferri ſolet multipliciter. ibid. n.
Sanguinis ſputum unde emanet, ſigna. ibid.
Sanguis e pulmone quotupliciter ſurſum feratur. VII. 15. n.
Interdum ſine tuſsi fertur. VII. 75. n.
Interdum etiam vomitu quaſi quodam ejicitur. ibid.
Sanguinis e pulmone ſputum, non ſemper poſt ſe trahit puris ſputum. ibid.

San-

Sanguinis rejectio e pulmone phthiſim invehit. VII. 75.
Hanc tamen non perpetuo gignit. ibid. n.
Neque, ſi gignat, eam æque celeriter infert. ibid.
Sanguis ſpumans interdum ex hepate, utero, liene per pulmones extuſſitur. VII. 75. n.
Sanguinis ſputum ſine febre minus periculoſum. ibid. 37.
a Sanguinis ſputo puris ſputum. VII. 15.
ad Sanguinis ſputum adſtringentia caute uſurpanda. Ibid. 37. n.
Satietas nimia periculoſa. II. 4.
Interdum ſanis prodeſt. ibid. n.
Hæc enim eos purgat. ibid.
Satietate utebantur veteres quidam ad purganda corpora. ibid.
Satyriaſmi. III. 26. n.
Senes erudi, virideſque dicti. I. 13. n.
Facillime jeunium ferunt. ibid.
Quomodo nutriendi. ibid.
Senes decrepiti parum, & ſæpe nutriendi. I. 13. n.
Senes catarrhis cito extinguuntur. III. 12.
Senibus proceritas corporis inutilis. II. 54.
Senum morbi. III. 31.
Senſuum internorum, audituſque abolitio in acutis lethifera. VIII. 16.
Serenitates imbribus ſalubriores. III. 15.
Sicca tuſſis, leviſque per acutas febres ſitim minuit. IV. 54.
Signorum conſenſus ad prænotionem rite inſtituendam requiritur. p. III. 38.
Sincera dejectio quænam. VII. 6. n.
Singultus a vomitu, oculorumque rubor, malum. ibid. 3.
A nimia purgatione in ſenibus perquam malus. ibid. 41. n.

Ex

Ex ſuperflua evacuatione, malus. V. 3.
Ex hepatis inflammatione, malus. VII. 17.
Somnus quomodo laborem faciat. II. 1. n.
Laborem faciens quando occidat. ibid.
Juvans fere eſt ſalutis prænuncius. ibid.
Delirium ſedans, plerumque bonus. II. 2.
Modum excedens, malus. ibid. 3.
A criſi interdum producitur. ibid. n.
Interdum trahitur poſt dolores. ibid.
Somnus multus, æſtuſque aſſiduus in acutis, exitialis. VIII. 15.
Somnus in acuta febre, timores, aut convulſiones movens, malus. IV. 67.
Neque noctu, neque die accedens, peſſimum. p. II. 12.
Sopor interdum ex pertinaci vigilia. II. 27. n.
Spumoſus ſanguis e pulmone emittitur. V. 13.
Sputa mala quænam. IV. 47. n.
Salutaria. ibid.
Suppurationis metum incutientia. V. 8. n.
Sputum flaveſcere in pleuritide, bonum. p. II. 44.
Cito, facileque ferri debet. ibid. 43.
Intenſe flavum, album, viſcidum, rotundum, pravum eſt. ibid. 46.
Admodum viride, ſpumoſumque, malum. ibid. 47.
Nigrum omnium peſſimum. ibid. 48.
Sanguineum in album læveque verti, optimum. p. II. 48. n.
Quod pulmo non projicit, malum. ibid.
Flavo-rubrum in pleuritide laudatur. ibid. 49.
Fœtens in ſuppuratis, mortale. p. II. 63. n.
Stercus periculoſum quodnam. p. II. 20.
Sternutamentum in pulmonum inflammatione noxium. ibid.

ibid. 50.
Partum adjuvat. V. 35.
Secundæ exitum promovet. ibid.
Delirio accedens mortale. ibid.
Strumæ. lll. 26. *n.*
Stridor dentium in acutis, præter conſuetudinem metuendus. p. l. 24.
In pueris dentientibus minus periculoſus, quam in adultis. ibid. n.
Stupor ex ictu capitis malus. VII. 14.
Sudor ubi, ibi morbus. lV. 38.
Partis cujuſpiam non ſemper malus. ibid. n.
Per ſomnum multus unde. ibid. 41.
Multus cum cibi faſtidio quid poſtulet. ibid.
Febrim non ſolvens, neque minuens, malus. lV. 56.
Aſſiduus ſuppurationis interdum eſt ſignum. ibid. 74. *n.*
Semper fluens, purgationem deſiderat. Vll. 61.
Sudores ſaluberrimi quinam. p. l. 29.
Quinam peſſimi. lV. 37. *n. p. l.* 29.
Frigidi in acutis mortem, in longis, morbi longitudinem portendunt. lV. 37.
Quibus diebus fere ſalutares, quibus infidi, difficileſque. ibid. 36. *p. l.* 29.
Cum impetu erumpentes mali. Vlll. 4.
Morbum producentes quinam. lV. 56. *n.*
Ob inflammationem, aut ob exſolutionem ſæpe fiunt. p. l. 30.
Sudoris lethalis notæ. ibid.
a Sudore horreſcere malum. Vll. 4.
Suffitus aromatum muliebria ducit. V. 28.
Suppurati quinam. Vl. 27. *n.*

Suppuratio cum ſputo bilioſo procedens, formidanda. p. ll. 53.

Quibus diebus erumpat. ibid. 57. 62.

Qua parte pectoris deliteſcat. ibid. 59. n.

Quibus notis indicentur. p. ll. 57. n.

Incipiens, ejuſque ſigna. ibid. 58.

Suppurationem quænam maturent. p. ll. 57. n.

Quinam effugiant, quinam moriantur. ibid. 56. 63.

Suppuratorum nonnulli 14. morbis die ſunt in periculo. ibid. 55.

Suppuratio ex angina pulmonaris periculo non vacat. p. lll. 21. n.

A dolore ventris diuturno. Vll. 22.

Suppurationum intus excitatarum notæ. ibid. n.

Abditarum cauſſæ. Vl. 41.

Surditatem in febribus quænam tollant. lV. 60.

Suſpiria luctuoſa in acuto morbo mala Vl. 54.

T

TAbes quid. III. 16. n.

Tabes, ſtrictius phthiſis, ut plurimum a 18. ætatis anno ad 35. oritur. V. 9.

ad Tabem proclives juvens. III. 29.

in Tabe exitioſum alvi profluvium. V. 14.

Fœtens ſputum, capillorumque defluxus, ſigna ſunt lethalia. ibid. 11.

Tabes autumno ſæpiſsime incidunt. lll. 22.

Tabidis malus autumnus. ibid. 10.

Tabificos morbos gignunt ſquallores. ibid. 16.

Tempora autumnales morbos præſagientia. lll. 4.

Tempora anni quibus ætatibus faveant. ibid. 18.

Temporum mutationes morbos pariunt. ibid. 1.

Teneſmus quid. VII. 27. n.
In gravidis periculum infert abortus. ibid.
Tertiana exquiſita ſeptem circuitibus fere finitur. IV. 59.
Teſtes, pudendaque retracta lethale in acutis periculum habent. VIII. 11. n. p. II. 10.
Tetanus quid. v. Rigor nervorum.
Occidit ſæpe quarta die. V. 6.
Tetanum æſtate frigidæ quandoque perfuſio ſolvit. ibid. 21.
Timor, mæſtitiaque perſeverans melancholiæ ſignum. VI. 23.
Per ſomnum in acutis malus. IV. 67.
Tremor in acutis febribus, malus. VI. 26. n.
Interdum etiam criticus, ſalutariſque. ibid.
In lethargicis, peſſimus. VIII. 8.
Tubercula, laboreſque ad articulos longis in febribus. IV. 44.
Quibuſnam arceantur evacuationibus. ibid. n.
Tuberculis in cute obortis, excretiones conſiderandæ. II. 15.
Tuberculi intus rupti accidentia. VII. 8.
Intus orti varia nomina. ibid. n.
Turberculum in pulmone diſruptum interdum extemplo necat. ibid.
Tuberculo in meatu urinario ſuppurato, ruptoque ſolvitur dolor. VII.
Tumores molles, boni. V. 67.
Ante mortem fære concidunt. p. I. 25. n.
Externi laudantur parvi, eminentes, faſtigiati in acutum: magni vero, planique damnantur. p. I 42.
Tumores articulorum, alioſque morbos interdum perfuſio exſtenuat frigidæ. V. 25.
Tumores vulneribus, ulceribuſque ſupervenientes ſæpe convulſionem, & delirium arcent. V. 65.

Ventris raro ſuppurantur. p. I. 40.
Aliquando in ſcirrhum, alioſque morbos tranſeunt. Ibid. 38. *n.*
Hypochondriorum ſæpe ſuppurantur. ibid. 40.
Sub umbilico conſtituti rariſsime ſuppurantur. ibid.
In vulneribus non apparentes, malum. V. 66.
Tumores hypochondriorum per initia mortem proximam denunciant. p. I. 34.
Tumorum internorum laudabilium ſigna. p. I. 43.
Tumorum ſuppuratio quando expectanda. p. I. 38.
Hi ipſi tamen elapſis 20. *diebus ſolent ſuppurari. ib. niſi hæmorrhagia diſcutiantur. ibid.* 35.
Turgentia humorum. I. 22.
Plerumque deeſt. ibid.
Tuſſes hieme maxime exitantur. III. 23.
In valde ſenibus curatu difficiles. II. 40.
Siccæ leviter irritantes in ardenti febri non admodum ſiticuloſæ. IV. 54.
Tuſſes, & tubercula vere gignuntur. III. 20.
Tuſsis hydropi ſuperveniens, mala. VI. 35. *VII.* 47.
Tympanitis hydrops. IV. 11.
Tympanitide ſublatorum anatomica obſervatio. ibid. n.

V

V*Arices, hæmorrhoideſque melancholicis furentibus opitulantur.* VI. 21.
Variolæ, morbillique ante mortem concidunt, pallent, liventve. p. I. 25. *n.*
Vena ubi ſecanda ad urinæ difficultatem. VI. 36. *n.*
Ventris nomine quid intelligendum. I. 15. *n.*
Venter mollis, mediocriterque corpulentus eſſe debet in morbis. p. II. 19.

Ven-

Ventrem imum nimium exſtenuari in morbis, malum. II. 35. VIII. 5. n.
Ventris, lumborumque dolor pertinax in ſiccum tranſit hydropem. IV. 11.
Profluvium ex longo morbo, malum. VIII. 5.
Tumores qui cerebro, qui raro ſuppurantur. p. I. 40.
Ventres, hyeme, & vere calidiſsimi. I. 15.
Ventriculi dolor, æſtuſque ingens in acutis, malum. IV. 65.
Veris morbi. III. 20.
Vermes aſcarides. Ibid. 26. *n.*
Verrucæ quid. Ibid. 26.
Veſicæ laborantis indicia. VII. 39
Exulceratæ ſigna. IV. 81.
Affectæ indicia ſunt mictio ſanguinis, urinæque difficultas, ac dolor. Ibid. 80.
Veſicæ, renumve ulcus, puris, ſanguiniſque mictio indicat. IV. 7.
Veſicæ, renumque vitia, difficulter curantur in ſenibus. VI. 6.
Veſica tumida, dura, dolens, cum acuta febre mortem minatur. p. II. 72.
Veſicæ dolores inflammatorii, ut plurimum exitiales. Ibid.
Inflammatio, ſolvitur purè albo, lævi, æqualique prodeunte. Ibid. 73.
Quæ purulenta non ſolvitur urina veſicæ inflammatio, brevi enecat. Ibid. 74.
Inflammatio alvum ſiccam efficit. Ibid. 72.
Inflammatio frequens in pueris. Ibid. 75.
Veſicam inflammatam mala comitantia. p. II. 74. *n.*
Victus ratio in febrium circuitibus. I. 19.
Victus humidus febricitantibus confert. Ib. 16.
Cautiones quas poſtulet. Ibid. 17.
Tenuis apud antiquos qualis. I. 4. *n.*
Tenuis, periculoſus morbis in longis. Ibid.
Extreme tenuis, qualiſnam probabiliter fuerit. Ibid. 4. *n.*
Plenior declinante morbo adhibendus. I. 7.
Tenuiſsimus morbo convenit vigenti. Ibid. 8.
In Victu acutorum morborum quid obſervandum. Ib. 9. 10.
Ni-

Nimium tenui errores graviores, quam in paulo pleniore. Ibid. 5.
Vigilia, modum excedens mala. II. 3.
Vigiliæ, ſomnique modum, excedentium ſigna. Ibid. 3. n.
Vigiliam longam ſomnus ſequitur longior. Ibid.
Vigilia pertinax interdum in ſoporem migrat. II. 27. n.
Vigiliæ, per acutas febres quæ mala pariant. VII. 18. n.
In acutis febribus aſsiduæ delirium præſagiunt. p. II. 12.
Vigor morbi. I. 8. n. II. 29. n.
Purgationem reſpuit. II. 29.
Vinum, famem minuit. Ibid. 21.
Vires, potenter inſtaurat. Ibid. 11. n.
Siſtit interdum vomitum. Ibid. 21. n.
Vini potio ad urinæ difficultatem. VII. 58.
Vino jurulenta uberius nutriunt. II. 11. n.
Vitiligo quid. III. 20. n.
Viſus ſæpè citius, quam auditus, ante mortem perit. IV. 49. n.
Ulcus, quale ante mortem. p. I. 25.
Ulcera in hydropicis, ægrè ſanantur. VI. 8.
Diuturniora, oſsis abſceſſum ſolent parere. Ibid. 45.
Ulcerum, vulnerumque tumores, ſæpè convulſionem arcent. V. 65.
in Ulceribus, vulneribuſque orta, pulſatio ſanguinis movet profluvium. VII. 21.
Unguium, digitorumque lethalis color. VIII. 12.
Vocis privatio, e capitis dolore ferè mortifera. p. III. 31. n.
Volvulus, ex urinæ ſtillicidio. VI. 44.
Vomicæ, tuberculique ruptio, interdum repente ſuffocat. VII. 8. n.
Vomicæ, quibus rumpantur diebus. p. II. 57.
Vomitus frequens, capitis dolorem non ſolvens, peſsimus. p. III. 31. n.
Cavendus in tabidis, inque ad tabem proclivibus. IV. 8.
Quibus periculoſus hominibus. Ibid. 7. n.
Blandis ciendus remediis. Ibid. 4. n.
Quinam ſalutaris. I. 2. n. p. II. 38.
Viridis, lividus, niger, vitioſus eſt. p. II. 39.

Lividus, fœtiduſque, pernicioſus. Ibid. 41.

V*omitum quæ indicent.* V. 12. *n.* 17. 18.

Imminentem quæ præſagiant. p. III. 31. *& n.*

V*omentes difficulter, craſsique per inferiora purgandi.* IV. 7. *n.*

Vretræ tubercula non ſemper ſuppurantur. Ibid. 82. *n.*

Vrina, minus morbi ſedem, quam labor, dolorve partis indicat. IV. 76. *n.*

Carunculas, capilloſve, habet ſæpè à renibus. Ibid.

Furfuracea veſicam ſcabie, veluti quadam affectam ſignificat. Ibid. 77.

Arenoſa, calculo veſicam laborare declarat. IV. 79.

Bullas habens quid indicet. VII. 34.

Cum alba nubecula laudatur, vituperatur cum nigra. p. II. 29.

Tenuis, crudum morbum ſignificat. Ibid. 30.

Fœtens, nigraque, & craſſa, periculum oſtendit. Ibid. 32.

In adultis nigra, in pueris aquoſa damnatur. Ibid. 33.

Cui pinguedo innatat, hominem tabe conſummi ſignificat. p. II. 35.

Tenuis in acutis perſeverans cum ſalutaribus ſignis abſceſſum fore ſignificat. Ibid. 34.

Vrinæ difficultas tollitur, ſuppurato, ruptoque uretræ tuberculo. VII. 57.

Difficultatem, venæ ſectio juvat. VI. 36.

Stillicidii cauſſæ aliquot. V. 58.

Vrinæ in febribus turbatæ, dolorem capitis prænunciant. IV. 70.

Tenues, aquoſæque in phreniticis malæ. Ibid. 72.

Diſtantes, turbationem indicant. VII. 33.

Vrinarum ſedimina, veluti farina craſsior, quid denotent. Ibid. 37.

Nubeculæ. IV. 71.

Tenuium pericula. Ibid. 72. *n.*

Vteri eryſipelas lethale malum in gravidis. V. 43.

Os compreſſum ſterilitatem invehit. Ibid. 46.

Os connivet, contrahiturve in gravidis. Ibid. 51.
Hæmorrhagiam ſiſtit cucurbitula ad mammas appoſita. Ibid. 50.
Uterinæ ſuffocationi ſternutatio accedens, bonum. Ibid. 35.
V*ulnera interna quænam mortalia.* VI. 18.
V*ulneribus magnis, praviſque, ſi non ſuperveniat tumor, malum admodum eſt.* V. 66.

FINIS.